


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Google





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNOTATIO
AD
EPISTOLAM JACOBI
PERPETUA
CUM BREVI TRACTATIONE ISAGOGICA.

SCRIPSIT
MATTH. SCHNECKENBURGER,
PHIL. DR., ECCLESIAE HERIMONTANAE DIACONUS.



STUTTGARDIAE
PROSTAT
APUD F. C. LOEFLUND ET FIL.

1832.

Digitized by Google

TUTTLINGAE,

TYPIS J. F. BOFINGERI.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO

AC

REVERENDISSIMO DOMINO

IGNATIO HENRICO

BARONI DE WESSENBERG,

VIRO PIO AC FORTI,

SACRUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

L. S.

Habes, benevole lector, novum commentarium de epistola Jacobi toties jam et nuper quam doctissime exposita. Qui cur prodierit noster libellus, ipse, spero, causam dicet, sin minus, verba eum commendare nequeunt. Rationem, qua conscriptus est, facile videbis, quam ut probes opto. E textu diligenter perpenso, quid sibi voluerit scriptor, eruere neque vero historiam interpretationis scribere studui. Quapropter et patrum ecclesiasticorum et recentiorum theologorum singulas explicationes recensere nolui, tum quod de utilitate hujus generis commentationum dubito, tum quod, quibus illud placet, cura Gebseri doctissimi uberrima gaudent. Nihil autem omisisse puto, quod ad illustrandam sententiam Jacobi facere

Digitized by Google

videretur. Saepius ex aliis commentariis utenda sumsi, et litteris auctorum notavi, quae in rem fore existimabam *). Quantopere vero haec mea scriptio ab elegantia hodie merito flagitata, cujus quidem exemplar praeclarum commentarius S. V. Wineri in epistolam ad Galatenses egregie conscriptus existit, abhorreat, probe sentio. Nihilominus tamen latine scribere rationes haud spernendae suadebant. Si vel mediocriter de Jacobi epistola meritum me esse et studiosorum usui inserviisse judicabitur, perinde laetabor ac si viri docti, quorum judicio modeste hoc meum opusculum submitto, meliora me edocebunt.

Auctor.

---

*) S. est Semleri paraphrasis
P. — Pottii commentarius.
R. — Rosenmülleri Scholia.
G. — Gebseri commentarius.
W. — Wineri Grammatica N. T. ed. III.

Digitized by Google

ANNOTATIO
AD
EPISTOLAM JACOBI.

CAP. I.

V. 1. Ἰάκωβος, Alphaei filius, Jesu κατὰ σάρκα consobrinus, apostolus, ecclesiae hierosolymitanae praefectus, cf. append. §. 4 — 6. —— θεοῦ. articulum: τοῦ melius omittes, cf. v. 13, 20. III, 9. Insertus esse huic loco videtur a librario κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς θεὸν extollere gestiente, (etsi non ita raro aliâs a Jacobo proponatur voci θεὸς, cf. v. 13; IV, 6, 8;) Etenim tum imprimis articulus ante θεὸς solet collocari, cum aliud quoddam nomen appellativum, velut πατὴρ, illi ope voculae καὶ jungitur, cf. v. 27; III, 9. adde Colos. I, 3, 1 Petr. I, 3. Ita τοῦ θεοῦ καὶ κυρίου Ἰ. Χ. foret: J. Ch., qui est Deus ac Dominus, quod certe huic loco non convenit. Paulus quoque Christum et patrem jungere solet, ubi de muneris apostolici auctoritate loquitur. Eph. I, 1; Col. I, 1; 1 Tim. I, 1; 2 Tim. I, 1; 1 Cor. I, 1; 2 Cor. I, 2; Tit. I, 1. [Winer ad Gal. I, 1.] „Jungitur autem Deus et Jesus Christus eodem omine ac Joh. 17, 3; nec aberrarunt, qui adtendere jusserunt ad istam sacrosanctam sive societatem sive conjunctionem internam, quam Apostolus, Dei et Christi pariter servus, demonstrat.“ [S.]

Digitized by Google

videretur. Saepius ex aliis commentariis utenda sumsi, et litteris auctorum notavi, quae in rem fore existimabam *). Quantopere vero haec mea scriptio ab elegantia hodie merito flagitata, cujus quidem exemplar praeclarum commentarius S. V. Wineri in epistolam ad Galatenses egregie conscriptus existit, abhorreat, probe sentio. Nihilominus tamen latine scribere rationes haud spernendae suadebant. Si vel mediocriter de Jacobi epistola meritum me esse et studiosorum usui inserviisse judicabitur, perinde laetabor ac si viri docti, quorum judicio modeste hoc meum opusculum submitto, meliora me edocebunt.

Auctor.

---

*) S. est Semleri paraphrasis
P. — Pottii commentarius.
R. — Rosenmülleri Scholia.
G. — Gebseri commentarius.
W. — Wineri Grammatica N. T. ed. III.

ANNOTATIO
AD
EPISTOLAM JACOBI.

CAP. I.

V. 1. Ἰάκωβος, Alphaei filius, Jesu κατὰ σάρκα consobrinus, apostolus, ecclesiae hierosolymitanae praefectus, cf. append. §. 4 — 6. —— Θεοῦ. articulum: τοῦ melius omittes, cf. v. 13, 20. III, 9. Insertus esse huic loco videtur a librario κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς Θεὸν extollere gestiente, (etsi non ita raro aliàs a Jacobo proponatur voci Θεὸς, cf. v. 13; IV, 6, 8;) Etenim tum imprimis articulus ante Θεὸς solet collocari, cum aliud quoddam nomen appellativum, velut πατὴρ, illi ope voculae καὶ jungitur, cf. v. 27; III, 9. adde Colos. I, 3, 1 Petr. I, 3. Ita τοῦ Θεοῦ καὶ κυρίου Ἰ. Χ. foret: J. Ch., qui est Deus ac Dominus, quod certe huic loco non convenit. Paulus quoque Christum et patrem jungere solet, ubi de muneris apostolici auctoritate loquitur. Eph. I, 1; Col. I, 1; 1 Tim. I, 1; 2 Tim. I, 1; 1 Cor. I, 1; 2 Cor. I, 2; Tit. I, 1. [Winer ad Gal. I, 1.] „Jungitur autem Deus et Jesus Christus eodem omine ac Joh. 17, 3; nec aberrarunt, qui adtendere jusserunt ad istam sacrosanctam sive societatem sive conjunctionem internam, quam Apostolus, Dei et Christi pariter servus, demonstrat.“ [S.]

Digitized by Google

—— δȣ̃λος. δȣ̃λοι in N. T. omnes Christi cultores audiunt ab observantia ipsi tanquam Domino praestanda Eph. VI, 6. ὡς δȣ̃λοι τȣ̃ Χριςȣ̃ ποιȣ̃ντες τὸ θέλημα τȣ̃ Θεȣ̃· 1 Petr. II, 16; 1 Cor. VII, 22; Luc. II, 29; cf. Luc. XIX, 11 — 23; Matth. XXIV, 45. seqq. Tum autem, qui singularem promovendae rei christianae curam gerunt, et singulari vocatione sunt electi, sic appellantur, v. c. apostoli eorumque συνεργοί, nomine de prophetis V. T. quorum sunt quasi successores, usitato, Rom. I, 1; Phil. I, 1; Gal. I, 10; Col. IV, 12; Tit. I, 1; 2 Petr. I, 1; Jud. I, 1; Act. IV, 29; XVI, 17; Apoc. X, 7; XI, 18; XV, 3; adde Deut. XXXIV, 5; Jon. I, 1; 2 Sam. XVII, 23; Psalm. XXXVI, 1. —— ταῖς δώδεκα φυλαῖς periphrasis gentis Judaicae, quae Act. XXVI, 7. τὸ δωδεκάφυλον dicitur, ad expectationes Messianas composita. Populi antiquitus disjuncti universitatem compositam spectabat restauratio per Messiam facienda (Jerem. III, 18.) Quapropter ad numerum tribuum electi sunt XII apostoli. Ceterum ad unum omnes hujus epistolae lectores fuisse Judaeos, haud recte ex hoc v. colligeres, quum Judaeorum duodecim tribus universam ecclesiam repraesentent, (Matth. XIX, 28.) qui est Jsrael πνευματικὸς (Rom. II, 28, 29.) —— ἐν τῇ διασπορᾷ, qui sunt dispersi, seu potius = in loco dispersionis. διασπορὰ exilium, cf. Psalt. Salom. IX, 1, cf. 2. ἐπὶ διασπορᾷ = ἐν τῷ ἀπαχθῆναι Ἰσραὴλ ἐν ἀποικησίᾳ εἰς γῆν ἀλλοτρίαν. tum = exulantes Psal. CXLVII, 2; 2 Macc. I, 27. Psalt. Sal. VXII, 34. hebraeice נִדָּח, Deut. XXX, 4. Neh. I, 9. vertitur διασπορά. Lev. XVI, 33. διασπερῶ εἰς τὰ ἔθνη. Διασπορὰ dicti sunt Judaei extra Palaestinam degentes inde a tempore vastationis primae, quum minor tantum pars in patriam redirent, multo plures sedes in exteris regionibus fixas relinquere aut nollent aut non possent. Jos. de Bell. Jud. VII, 3, 1. τὸ γὰρ Ἰȣδαίων γένος πολὺ μεν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκȣμένην —— παρέσπαρται τοῖς ἐπιχωρίοις·

Digitized by Google

πλεῖστον δὲ ἐν Συρίᾳ ἀναμεμιγμένον· Apud Philonem de execr. p. 937. A. ed. Paris. Judaei audiunt σποράδες ἐν ἑλλάδι καὶ βαρβάρῳ κατὰ νήσους καὶ κατὰ ἠπείρους· ibid. p. 1023. B. de leg. ad. Caj. κέχυται γὰρ (τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων) ἀνάτε τὰς νήσους καὶ ἠπείρους ἁπάσας, ὥστε τῶν αὐθιγενῶν μὴ πολλῷ τινι δοκεῖν ἐλαττοῦσθαι. Dividebantur Judaei dispersi in διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων (Joan. VII, 35.) et Βαβυλῶνος (Phil. l. c. p. 1023. D.) Locus τῆς διασπορᾶς hac nostra voce proprie designari videtur, teste articulo, aliâs haud facile posito (1 Petr. I, 1. Joan. VII. 35. Judith. V, 19.) Articulus ταῖς ante ἐν non repetitur (W. 119.) Quamvis indefinite ad 12. tribus inscribatur epistola, bene tamen ad certae tantum regionis incolas data esse potest, quippe qui ex omnibus tribubus promiscue forte essent oriundi. Mos erat in talibus scriptionibus ad definitos lectores datas universam ecclesiam salutare 1 Cor. I, 2. Epist. Smyr. de Martyr. Polyc. init. — χαίρειν· formula salutandi tum Graecis tum Hebraeis usitata (שָׁלוֹם) cf. Luc. I, 28. Act. XV, 23. XXIII, 26. 3 Esdr. VIII, 10. 2 Macc. IX, 19. 2 Joan. X, 11. Eadem haec formula brevior, quamvis illa, qua Paulus utitur uberiore ac christiano magis tincta colore, saepius adhiberetur a scriptoribus christianis, in omnibus, quae Ignatio adtribuuntur, epistolis occurrit.

V. 2. πᾶσαν χαρὰν· *merum gaudium*. Auctor suis persuadere studet, revera esse laetandi caussam, quum illi potius dolendum putarent; nihil inesse in calamitatibus, quod non sit laetandi materia. Possis adjectivum πᾶσαν loco adverbii πᾶν, πάντως etc. positum sumere, ut foret: id omnino pro gaudio habete, si etc. Adverbia in adjectiva mutari et substantivis adjungi docet W. p. 389. Ita כֹּל ante nomen haud definitum. Ewald p. 642. — Idem voculae πᾶς usus v. 17. Tit. II, 15. 1 Tim. II, 2, 11. Act. XXIII, 1. πάσῃ συνειδήσει αγαθῇ Plat. Phaedon. 82. E. ψυχήν — ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κυλιν-

δομένην. Euripid. Medea v. 454. Polyb. I, 39, 5. εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν. Plat. Gorg. p. 522. A ὤκνουν δεῖ ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι ὅτι χρὴ ποιεῖν; Phaed. p. 108, etc. exempla alia v. G. 8. Sic apud Latinos totus, v. c. Germania erat tota silva = Ein Wald, lauter Wald. In coelo est omnis ordo = lauter Ordnung Cic. Nat. Deor. II, 21. —— χαρὰ materia gaudii, res laeta Luc. II, 10. Phil. IV, 1. Arist. Plut. v. 637 λέγεις μοι χαράν, schol. = χαρᾶς ἄξιον. Voce χαρὰ ad salutationem χαίρειν alludi videtur, quam dicendi figuram grammatici dicunt Antanaclisin, vid. v. 5. —— ἡγήσασθε aor. imp. (v. W. p. 262.) de re subito futura (v. ad 21.) —— ἀδελφοί μου, nomen caritatis christianum, v. 10, 16, 19. II, 1, 5, 14, 15. III, 1, 10, 12. IV, 11. V, 7, 12, 19. Act. VI, 3. IX, 30. X, 23. XI, 29. XVI, 40. Joan. XXI, 23. Rom. XIV, 10, 13, 15, 21. 1 Cor. V, 11, 15. VI, 5, 6. VII, 12. VIII, 12, 13. XV, 6. 2 Cor. XI, 26. Eph. VI, 10. Phil. I, 14; 1 Petr. II, 27. 1 Joan. II, 9, 10, 11. III, 10, 14, 15, 16, 17. IV, 20, 21. Judaei populares vocabant fratres Exod. II, 11, etc. Phil. de charitate 701, E. ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἀστὸς ἢ ὁμόφυλος ᾖ. —— ὅταν c. conj. id significat, quod per se fieri potest, habetque aoristum loco futuri exacti. W. p. 255. —— περιπίπτειν c. Dat. (v. Matthiae gr. Gr. §. 394, p. 534.), quum alia, quibus περὶ praefigitur, verba accusativum flagitare soleant; περιπίπτειν λῃσταῖς Luc. X, 30, κακοῖς, 2 Macc. X, 4; ἀσθενείᾳ ibid. IX, 21; κινδύνοις Jos. Vita §. 15, ἀπωλείᾳ Test. Dan. IV. p. 651. Graeci: περιπίπτειν συμφοραῖς (Isocr. d. pac. p. 161.), πόνοις, πονηροῖς ἀνθρώποις etc. —— πειρασμός, πειράζειν de hominibus ita dicitur, ut omnem rem, actionem, casum, quo, qualis quis sit, manifestatur, denotet, tum autem ita adhibetur, ut ipsius consilii τοῦ πειράζοντος seu boni seu mali habeatur respectus, denique non ipsa exploratio qualis quis sit, sed

Digitized by Google

sollicitatio ad certam vivendi rationem idque potissimum in malam partem eodem vocabulo designatur. Significationem primam habes 1 Petr. IV, 4. Sir. XVVII, 5, 7. πειρασμὸς ἀνθρώπε ἐν λογισμῷ αὐτε, et saepius; adde illa loca, quibus homines malefactis Deum dicuntur πειράζειν Ebr. III, 7. Ps. XCV, 9. 1 Cor. X, 9. 1 Cor. X, 9. 1 Cor. X, 9. Act. V, 9. XV, 10; unde idem, quod peccare Sap. I, 2. Significatione altera vox occurrit de Deo hominum fidem atque obsequium explorante Gen. XXII. 1. Deut. VII, 2. Sap. III, 5; ideoque illis calamitates immittente, quare πειρασμοὶ = calamitates Marc. IV, 17. Luc. XXII, 28. VIII, 13. cf. Matth. XIII, 21. 1 Cor. X, 13. Hebr. IV, 15. Sir. XXX, 1. etc. Sensu tertio πειρασμὸς a Deo repetitur Exod. XX, 20. ἕνεκεν γὰρ τε πειράσαι ὑμᾶς παρεγενήθη ὁ θεος πρός ὑμᾶς, ὅπως ἂν γένηται ὁ φόβος αὐτε ἐν ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε· abs Deo removetur v. 13, 14. Matth. VI, 13; diabolo adscribitur Luc. IV, 13. cf. Luc. XXII, 40, 46. 1 Tim. VI, 9. 1 Thess. III, 5. etc. Hoc nostro loco πειρασμὸς, si versum sequentem spectes, de calamitatibus potissimum imminentibus, si vers. 13, 14, 20. II, 1. IV, 11. addis, universe de iis, quae ad fidem Deo abnegandam ducere possint, dici videtur; i. q. Luc. XXII, 46, 47. εἰσέρχεσθαι εἰς πειρασμὸν. — Id quidem postulari, nempe ut πειρασμὲς internos quoque praeter istos externos intelligas, voce videtur ποικίλοις, versicoloribus, varii generis, Matth. IV, 24 et saepius; Psalt. Sal. IV, 3. καὶ αὐτὸς ἔνοχος ἐν ποικιλίᾳ ἁμαρτιῶν καὶ ἐν ἀκρασίαις, 2 Macc. XV, 21. τῶν ὅπλων τὴν ποικίλην παρασκευήν. — Jam qua de caussa sit laetandum illis, qui πειρασμοῖς circumveniuntur, (Matth. V, 12. Act. V, 41. Rom. V, 3. 2 Cor. VIII, 4.) exponit v. 3.

V. 3. γινώσκοντες, perpendentes, cogitantes, considerantes, V, 20. Matth. 39, 43. Joan. XV, 18. 2 Petr. I, 20. III, 3. cf. Nostrum III, 1. εἰδότες. V, 20. cf. Plat. de rep. I, 336. C. μὴ μόνον, ἐρώτα μηδὲ φιλοτιμε ἐλέγ-

Digitized by Google

χων, ἐγγωκὼς τοῦτο, ὅτι ῥᾷον ἐρωτᾷν ἢ ἀποκρίνεσθαι. — τὸ δοκίμιον catillus Prov. XXVII, 21. Psalm. XII, 7. (apud profanos id, quo quid exploratur, Herodian. II, 10, 12.) ideoque exploratio ipsa, seu potius, id, quo illa efficitur κριτήριον Hes. h. l. = πειρασμὸς = θλίψις Rom. V, 4. Videtur Jacobo ante mentem esse versatum cap. II. Siracidae, (ad quod passim alluditur v. ad v. 4.) quo monentur servi Domini v. 1. ἑτοιμάσαι τὴν ψυχὴν εἰς πειρασμὸν — v. 5. ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. cf. Prov. XXVII, 21. δοκίμιον ἀργυρίῳ καὶ χρυσῷ πύρωσις. — δ. ὑμῶν τῆς πίστεως Graecis hanc duorum genitivorum, quorum prior a posteriore pendet, positionem amari constat (ex gr. Plat. Ἴων, ed. Nitzsch. p. 25. τὸν γὰρ ῥαψωδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσιν Plat. Gorg. 462, c. Rep. I, 327. B. V. τίνος ἐμπειρίας; χαριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας.) Genitivum pronominis potissimum personalis haud raro substantivo anteponunt N. T. scriptores; v. W. p. 135. — πίστις sensu latissimo fides in Christum habenda, qua sunt Christiani, Messiae asseclae, θλίψεσιν et πειρασμοῖς obnoxii, II, 1. seq. — κατεργάζεσθαι efficere, zu Stande bringen, v. 20. verbum simplex sensu haud differt II, 9. = ποιεῖν V, 15. cf. Rom. IV, 15. V, 3. VII, 8, 13. II, 9. κατεργάζεσθαι τὸ κακὸν, v. 10. ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν, Psalm. XIII, 4. XIV, 2. Si vox ὑπομονὴν foret definita articulo τὴν, tum liceret κατεργ. vertere: perficit, vollendet, sensu apud profanos obvio. — ὑπομονὴ, quae inest vis voci, duplici potissimum modo potest definiri, prout primae secundaeve verbi parti insistas. Est enim μένειν, μονὴ, ὑπὸ —. Quodsi submissionem (τὸ ὑπὸ) urgeas, patientiam ac tolerantiam malorum; sin τὸ μένειν, constantiam et firmitatem, perseverantiam ac calamitatum ferendarum fortitudinem ab illecebris desciscendi inconcussam hoc vocabulo habebis

Digitized by Google

expressam. Utrumque huic nostro loco aptum, et patientia, (v. 10. s. V, 1 – 12, ubi κακοπάθεια, μακροθυμία, v. 10. στηρίξαι τὰς καρδίας v. 8. ὑπομένειν, ὑπομονή v. 11. promiscue ponuntur); et constantia fidei (v. 12. s.) vel cum periculis retinendae (II, 6, 7.) Sir. l. c. v. 2. καρτέρησον (sc. ἐν πειρασμῷ), 4. μακροθύμησον, 7. ἀναμείνατε τὸ ἔλεος αὐτοῦ. v. 13. καὶ τοῖς ἀπολωλεκόσι τὴν ὑπομονήν. Similia monet Paulus ad Rom. V, 3. Quae absolute dicuntur hoc loco, effici calamitatibus constantiam, ea nonnisi, si dicere licet, facultative sunt intelligenda, seu „non quidem sic, quod tribulatio sit illius caussa effectiva, sed quod est materia et occasio exercendi patientiae actum.“ Thomas Aq. v. 20. III, 6, 11. cf. 12.

V. 4. ἡ δὲ ὑπομονή gravitatis causa loco pronominis repetitur, ut Noster solet; v. 6, 13, 19, 20, 23, 27. II, 6, 13, 14. III, 6. Marc. VII, 14. W. p. 128. 2. Patientia et constantia versu priore indefinite posita jam articulo definitur tanquam certa sc. ipsorum patientia. —— ἔχειν secum habere, nos: verbunden sein mit — v. II, 14. —— ἔργον τέλειον est vita probe agenda, virtus bonis facinoribus exhibenda, seu ipsa bene gesta, v. 25. ποιητὴς ἔργου cf. v. 26. s. i. q. ποίησις v. 25. II, 14. ἔργα. — Rom. II, 7. ὑπομονὴ ἔργου ἀγαθοῦ aut constantia recte agendi, aut patientia cum bene agendo juncta. 1 Thess. I, 3. (2 Th. I, 10.) ἔργον πίστεως juxta κόπος ἀγάπης positum est: praxis, exercitium fidei. Ita Graecis quoque ἔργον dici videtur de praxi cujusdam artis v. c. Plat. Jon. ed. Nitzsch. p. 39. οὐκοῦν ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἀποδέδοταί τι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔργον οἵατε εἶναι γιγνώσκειν; cf. Plat. rep. I, 333. ἐν τίνι πράξει καὶ πρὸς τί ἔργον δυνατώτατος. Ita Rabbini theoriae (מִדְרָשׁ בִּינָה חָכְמָה) opponunt הַמַּעֲשֶׂה, Pirke Abhoth I, 17. cf. III, 19. et הַמַּעֲשִׂים, ibid. III, 12, 22. Philo quod deter. pot. C. ἐνέργημα. Test. Nepht. II. p. 665. ὁ νοῦς et ἡ προαίρεσις opponuntur τῷ ἔργῳ et τῇ πράξει. —— τέλειον i. q. ἀγαθὸν, cui nihil deest, v. 17.

Digitized by Google

III, 2. Rom. II, 7. XII, 2. Matth. V, 48. XIX, 21. Ph. q. d. 166. D. ἀρετὴ τελεία ἐν βίῳ τελείῳ. Philoni de Abrah. 375. D. πρᾶξις Abrahami vocatur παντελὴς καὶ ὁλόκληρος. de Sacrf. Caini et Ab. 134. C. ἀγαθὰ τέλεια ἐργάζεται. Multi sunt Hebraei in distinguendis perfectis ab imperfectis piis, quorum illi beneficio naturae probitatem consecuti ab omni peccato sibi cavent, hi autem nonnisi poenitentiae ope ad justitiae gradum ascendunt. (Vide Horas ad Hebr. XII, 23. Matth. XIX, 21.) Philo quoque passim ad hanc opinionem alludit; de Abrah. p. 353. B. τὰ δεύτερα Φέρεται μετάνοια τελειότητος, ὥσπερ τῦ ἀνόσυ σώματος ἡ πρὸς ὑγίειαν ἐξ ἀσθενείας μεταβολή. Isaacus symbolum est virtutis natura duce partae ideo perfectae, de Somn. p. 590. B. s. Nonnisi paucis perfecta justitia adjudicabatur, neque omnibus illa assequenda esse videbatur. Quod omnis probus liber, p. 879. A. τὰς ἐν τοῖς πλήθεσιν ἀρετὰς ὐκ οἴονταί τινες εἶναι τελείας. Ultro apparet hanc opinionem facile in ignavam peccati excusationem verti posse. Abs qua cum Jacobus suos revocare constituisset, (v. 13. seq.) haud improbem, si quis jam hoc verbum eo spectare arbitretur. Ceterum ἔργον τέλειον agere praecipue sacerdotum esse putabatur, qui propterea οἱ τέλειοι appellantur, Phil. quod deter. pot. 167. C. quis rerum d. h. p. 492. et ὁλόκληροι, de Victim. 845. E. propter exactam corporis a macula quacunque immunitatem; de monarch. 823. A. παντελῆ καὶ ὁλόκληρον εἶναι τὸν ἱερέα flagitatur, B. ἃ μοι δοκεῖ πάντα σύμβολα τῆς περὶ ψυχὴν εἶναι τελειότητος cf. p. 166. E. de Agric. 206. B.; adde de Vict. 838. νόμος θυσίαν κελεύει ὁλόκληρον καὶ παντελῆ ὁλοκλήρῳ καὶ παντελεῖ θεῷ. Utrumque jungitur 1 Thess. V, 23. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα τηρηθείη. Ceterum e mysteriis haecce vocabula ad sacra Judaica a Philone esse translata negari nequit, quum idem illa tanquam mysteria tractare soleat;

Digitized by Google

mystae enim audiebant τέλειοι, cf. Valken. ad Euripid. Hippol. v. 25. Quae prima significatio subest verbis Paullinis 1 Cor. II, 6. σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, 7. σοφίαν ἐν μυστηρίῳ. Persimilis fortasse nostro loco allusio inest ad sacerdotum τελειότητα. Quam scilicet ut assequantur omnibus certe propositam, opus esse, ut perfecto studio virtuti exercendae incumbant. Exercitatione autem probe agendi ipsos fore τελείους, puta virtute, et ὁλοκλήρους, conditionis, inde pendentis, perfectionis participes. Ita utramque vocem differre existimo sensu. Neque autem „de perfectione illa agit, respectu Dei, quam nemo unquam Christianus attingit, semper potius se λειπόμενον invenit, sed de vitae inter alios gerendae proba et liberali ratione," [S.] ad Dei tamen imitationem componenda (Matth. V, 48.): neque statum ὁλόκληρον quasi mereri illum, qui τέλειον se gerat, indicare vult Ap., sed quandam τελειότητα probitatis esse conditionem, sine qua summa Dei χαρίσματα accipi nequeant, (v. 5. ss. IV, 2. s.) Ad quae χαρίσματα ὁλοκλήρους reddentia potissimum referenda sunt verba: — ἐν μηδενὶ λειπόμενοι (1 Cor. I, 7. μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι), ut apparet e versu sequente. Mos est Jacobo, ubi rem qualemcunque via directa et positiva elocutus est, eandem quasi ex opposito declarare, addita ejusdem rei descriptione negativa; quod passim ad augendam gravitatem facit, v. 5. ἁπλῶς καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, 6. ἐν πίστει μηδὲν διακρινόμενος, v. 17, 21, 22, 25, 27. IV, 11. W. p. 204. λείπεσθαι relinqui, destitui, 5. II, 15. c. Gen. Polyb. p. 1202. ἐν τῇ εὐνοίᾳ — λειπόμενος. [G.] Hocce versiculo universae epistolae summa ac compendium continetur. Totus enim per ea, quae longius exponuntur, in eo est auctor, ut, lectores ad patientiam in imminentibus calamitatibus agendam, (I, 9 — 13. V, 7 — 11.) ad obsequium Evangelio praestandum (I, 18. seqq. 22. seqq. II, 1. seqq.) et imprimis amore sincero,

Digitized by Google

iisque quae inde profluunt, virtutibus exercendum I, 27. II, 8 — 26. III, 13 — 18. IV, 4 — 13. ad religiosam vitae sine maculis servandae curam (III, 1 — 18. IV, 1 — 17. V, 1 — 6, 12. seq.) moneat, tum vero ad illud solatium, quod in Dei semper praesentis supplicantibus (IV, 6 — 10.) et Jesu Christi olim venturi (I, 12. II, 5. V, 1 — 10.) auxilio situm est, animos eorum erigat.

V. 5. Pergit apostolus ad singula, quae lectorum cordibus videbantur esse admovenda. Studium sapientiae cum precibus esse perficiendum, quarum recta ratio commendatur v. 5 — 8. —— λείπεται versum nostrum adnectit prioris fini. Est haec Jacobi consuetudo, ut verbis semel adhibitis simplici quadam gravitate iterum utatur, ubi variandi esset occasio: vid. v. 6, 13, 14, 24. II, 2. III, 2. III, 2, 4, 8. IV, 8, 11. V, 8, 17. Sic Plato saepissime v. c. rep. 339. B. ἐκτίνω γὰρ ὅσην δύναμαι. δύναμαι δὲ ἐπαινεῖν μόνον. —— σοφία, rerum sacrarum cognitio sublimior cum docendi facultate hebraeis dicebatur חָכְמָה, quae prae ceteris contigit Salomoni. 1 Reg. IV. 29. seq. Prov. I, 2. seq. cf. Sapient. IX, 4. Sic habetur Pirke Abhoth. III, 12, 22. Doctores Judaei hoc nomine חֲכָמִים gaudebant, P. A. I, 4, 11.; quare λόγος σοφίας 1 Cor. XI, 8. tanquam docendi ratio a λόγῳ γνώσεως videtur esse distinctus. Idem sibi vult inscriptio librorum σοφία Σειρὰχ, Σολομῶν. Coloss. 1, 9. jungitur ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, II, 3. θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως. Etenim tum pagani tum Judaei ad christianam rem conversi profundioris cujusdam scientiae aestimationem retinebant. Qua cum pollere videretur Apollo, ipsi Paullo proponebatur. Quae ad Hebraeos inscribitur epistola, specimen talis σοφιάς ad explananda V. T. effata (מִדְרָשׁ ἀκρίβωσις) pertinentis continet. Sapientiam ejusmodi διδασκαλικὴν lectoribus epistolae fuisse exoptatam, e sequentibus patet, v. 19. III, 1. seq. — v. 13. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων τ. λ. v. 17.

Digitized by Google

ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία τ. λ. —— αἰτείτω etc. Sapientiam abs Deo petendi exemplum e vita Salomonis erat notissimum. 1 Reg. III, 9. 2 Paral. I, 7 — 12. Soph. VI, 7. VIII, 21. IX, 6. cf. Sir. I, 10. Philo. de profugis p. 458. 470. τῷ γὰρ ὄντι τὴν αἰθέριον σοφίαν ὁ θεὸς ταῖς εὐφυέσι καὶ φιλοθεάμοσιν ἄνωθεν ἐπιψεκάζει διανοίαις· κ. τ. λ. de sacrif. Caini 140. C. Plut. Isid. Osir. init. [G.] πάντα μὲν δεῖ τ'ἀγαθὰ τὰς νῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν, μάλιστα δὲ τὴν περὶ αὐτῶν ἐπισήμην. —— παρὰ τῦ διδόντος θεῦ πᾶσιν ἁπλῶς. transpositionem notat W. p. 454., quam ignorarunt scriptores codd. θεῦ ante τῦ διδ. ponentes. Caeterum legis similem transpositionem Act. XXVI, 6. τῆς πρὸς τὰς πατέρας ἡμῶν ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τῦ θεῦ. Ad rem cf. Matth. VII, 11. ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτῦσιν αὐτόν. — αἰτεῖν τινὰ et παρά τινος. —— ἁπλῶς quid sibi velit, optime ex opposito definitur καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. Solet enim Noster non modo (ut vidimus ad. v. 4.) ponderis ac gravitatis addendae caussa sed etiam simpliciter e populari quadam dicendi ratione verbis ac sententiis oppositam adjungere cum negatione propositionem. Ita Joannes in evang. et Plato in dialogis saepius; Reg. XVIII, 36. Jes. XXXVIII, 1. —— ὀνειδίζειν e loco Siracidae intelligendum, ad quem Jacobus haud dubie alludit. Sir. XX, 15. (ἄφρων) ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτῦ ὡς κήρυξ. σήμερον δανιεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει. Dehortatur Siracides (cf. XVIII, 18. XLI, 22.) nequis ab ἄφρονι aliquid petat, quia plus incommodi inde redundet quam utilitatis, quum ille sese jus acquisivisse putet τῦ ὀνειδίζειν, superbe alterum corrigendi, vituperandi, de eo querendi, quod utique eos, qui teneriori animo sunt, deterreat ab ejusmodi hominum consortio. Sibyll. II, p. 285. (ed. Gallaeus) damnantur a judice — ὁπόσοι δ' ἰδίων ἀπὸ μόχθων Δόντες ὀνειδίζυσιν — Ps. Sal. V, 15. ἡ χρηςότης ἀνθρώπυ

Digitized by Google

ἐν φίλῳ καὶ — ἐὰν καὶ δευτερώσῃ ἄνευ γογγυσμοῦ καὶ τοῦτο θαυμάσειας. Eustath. p. 66, 10. [G.] ὀνειδίζειν οὐ μόνον τὸ εὐεργεσίας ἀναφέρειν τοῖς εὐεργετημένοις — ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς ὀνοςά τινα καὶ ἐπίμομφα λέγειν. Abs Deo nihil tale metuendum, ἁπλῶς δίδωσι καὶ μὴ ὀνειδίζει, indigentes non ita tractat, ut eum adire dubitent, sed ingenue, liberaliter, candide, comiter. Rom. XII, 8. ἐν ἁπλότητι μεταδόναι. Marc. Anton. XI. ἁπλῶς προςφέρεσθαί τινι. Tertull. adv. Valent. C. 2. Parvo: facies dei expectat in simplicitate quaerendi, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini sed Salomonis. *) — Ni fallor, hac divinae liberalitatis descriptione levis allusio fit moris illorum illiberalis, qui sapientiae ac doctorum laudem affectantes ab invidia et rixis non abstinebant. III, 1, 13 — 15. — Ceterum ad διδόντος et ad δοθήσεται cave suppleas σοφίαν et σοφία, quippe quod sensum hujus sententiae universalem nimis coarctaret. V, 15. Luc. XV, 16. Matth. VII, 7. Sic quoque αἰτείτω generaliter sumendum = petat, non autem specialiter: petat σοφίαν, ut sit αἰτεῖν verbum intransitivum, ad cujus generis naturam saepius verba transitiva ponuntur praesertim ubi accusativum facile quisque subintelligit. (διδόντος quidare solet bona quaeque, δοθήσεται sc. τὸ αἰτούμενον.) vide Nostrum 19. IV, 2, ss. 5, 13. Matth. VII, 7 — 9.

*) Nescio igitur an absque talem, quae nostro loco est, antithesin vox ἁπλῶς sensum comitatis possit exprimere. Legitur in Codice Anabat. Jesajae, quem Clarissimus Majus (Nova Collectio III. Fragm. Arrian. p. 239.) excusam praebet: Et laetatus sum, quod *simpliciter* mihi respondit (scil. angelus prophetae.) Et ait mihi: et majus me videbis. Ille, qui me misit, hilariter et *simpliciter* loquetur tecum." Utroque loco Celeberrim. Laurence ex Aethiope habet: *comiter*. Quare S. V. Nitzschius conferens Prov. XV, 1. Sym.: ἀπόκρισις ἁπαλή, mavult ad errorem latini interpretis recurrere, qui ἁπαλῶς in ἁπλῶς perverterit. Quidni ἁπλῶς retineamus et, ut in Jacobo, comiter vertamus?

Digitized by Google

Pl. Gorg. 489. C. ἢ οἴει μὲ λέγειν, ἐὰν σύρφετος συλλεγῇ δέλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ ἔτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νόμιμα. Clem. Rom. I. ad Cor. p. 12. ed. Jun. πάντας ἔν τὲς ἀγαπητὲς αὐτὲ βελόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐστήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βελήματι αὐτε. W. p. 475. —— καὶ δοθήσεται Joan. XVI, 23. XIV, 13. Matth. XXI, 22. Marc. IX, 24. Matth. VII, 7. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Saepe Nostrum Jesu effata paene ad vocem habebimus repetentem v. 6. II, 8. V, 12, 20. Sapientiam divinitus datam laudat Noster III, 15, 17.

V. 6. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει μηδὲν διακρινόμενος, cf. ad v. 5. —— πίστις = fiducia petentis fore ut id consequatur quod expetat. Matth. XXI, 22. Marc. XI, 24. πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσαι ὑμῖν. Matth. XXI, 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε. Marc. IX, 21. — ὅς μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτε, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίγνεται. Rom. IV, 20. XIV, 23. Idem repetit Hermas II, 9. Tolle a te dubitationem et nihil omnino dubites, petens aliquid a domino. Sirac. VI. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σε. Const. Apost. (μὴ διστάζει) καὶ μὴ γίνε δίψυχος ἐν προσευχῇ σε, εἰ ἔσαι, ἢ ε. — Nititur autem haec fiducia illa generali πίστει, qua homo adnectitur Deo ac Christo (II, 1.) Hebr. XI, 1. ss. —— ὁ γὰρ δ. — articulus ὁ totum genus significat. W. p. 94. 3. repetitio διακρινόμενος simplici et nervosae Jacobi dictioni consentanea v. ad. v. 4. ὑπομ. γὰρ caussam addit (v. 20.) cur ἐν πίστει sit petendum. —— ἔοικε perf. senso praesentis (W. p. 222.) semel in N. T. ἀνεμίζειν, ἅπαξ λεγ. ῥιπίζειν = κινεῖν a ῥιπίς follis. Sic Chrys. ὑπ' ἀνέμε ῥιπίζεσθαι = κλυδωνίζεσθαι Eph. IV, 14. ἀν. et ῥιπ. articulo carent (W. 121.) non sine justa causa; inhaeret enim ipsi κλύδωνος notioni τὸ ἀνεμίζεσθαι καὶ

Digitized by Google

ῥιπίζεσθαι. cf. Jes. LVII, 20. cf. Phil. de Cherub. p. 110. B. ἀνάγκη δὲ ὅταν ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ Φαντασίας ἐξέλθῃ διάνοια, νεὼς αὐτίκα τρόπον θαλαττευούσης ἀντισατοιούντων βιαίως πνευμάτων ὧδε κἀκεῖσε Φέρεσθαι πατρίδα καὶ οἰκίαν λαχοῦσαν κλόνον, ὅπερ ἐναντιώτατά ἐστι βεβαιότητι ψυχῆς de Somn. p. 1139. A. de Nom. mutat. 1082. B. de migratione Abrahami p. 410. E. εἰσὶ γάρ τινες ἐνδοιασαὶ καὶ ἐπαμφοτερισαὶ πρὸς ἑκάτερον τοῖχον ὥσπερ σκάφος ὑπ' ἐναντίων πνευμάτων διαφερόμενον, ἀποκλίνοντες, ἢ καθάπερ ἐπὶ πλάστιγγος ἀντιῤῥέποντες, ἐφ' ἑνὸς στηριχθῆναι βεβαίως ἀδυνατοῦντες. (ἀκατάστατοι v. 9.) Utrum imaginis perquam vividae copiam dederit Nostro ipsius maris adspectus, an forte scripturae sacrae quaedam historia ex. gr. Jonae Deo diffidentis et undis quassati, nescio. Certe eadem animi fiducia in Deo collocanda nobis maris adspectu carentibus eadem imagine repraesentatur, e vita Jesu procellas objurgantis desumta: Christi Schifflein kann nicht sinken, Wär das Meer auch noch so wild.

V. 7. ὁ γὰρ διακρ. —— μὴ γάρ, repetendae particulae γὰρ haec videtur esse occasio: dehortaturus a precibus sine fide faciundis caussam addit Jacobus, quod istae careant effectu, quod homo dubitans nihil reportaturus sit. Sed cum describat τὸν διακρινόμενον, propositionem absolvit particulâ caussativâ inchoatam, priusquam ipsa caussa dicta sit, et cum gravitate quadam pathetica denuo caussam dicere incipit, ita quidem ut verba ὁ ἄνθρω. ἐκ. spectent ad illa de διακρινομένῳ dicta = Qui enim in pr. f. dubitante animo est, is propter inconstantiam, quae maris undam aequat, nihil accipiet. Nonnunquam hac ratione Jacobus orationis flumine abreptus nexus logici incuriosior fuit; (v. 25.) —— ὁ ἄνθρωπος a Jacobo per pleonasmum hebraizantem ponitur 19. V, 17. sicut ἀνὴρ v. 8, 12, 20. II, 2. —— ἐκεῖνος ille, quem describit v. 6., seu potius talis Marc. VII, 20. Matth. X, 14, 15. Marc. III, 24. Luc. IX, 5. XII, 43.

Digitized by Google

V. 8. Sententia universalis, quae aut simul rationem adumbrat, cur ὁ διακρινόμενος nihil sperare possit, aut sortem ejus universam tanquam funestissimam describit. Alterum hoc magis probatur. Particulam caussalem omittere, praeterquam quod praecedentibus sententiis occurrit, brevitas est nervosa Jacobo usitata 17. II, 12, 18, 22. V, 3, 9. cf. Joh. XIX, 12. 1 Cor. VII, 4, 15. Apoc. XXII, 10. Joh. III, 6. W. p. 485. —— ἀνὴρ - sine articulo, ut plerumque loca communia ponuntur cf. V, 16. Marc. VII, 14. Hac articuli omissione forma propositionis, si dicere licet, hypothetica oritur = si quis est δίψυχος etc. ut posito articulo v. 6. sententia categorice proponitur = omnis, qui dubitat etc. cf. Hebr. VI, 16. W. 91. —— δίψυχος = qui duplici animo est, duplici aut mente aut corde IV, 8. cf. Sir. I, 28. μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ κυρίου καὶ μὴ προσέλθῃς αὐτῷ ἐν καρδίᾳ δισσῇ. Clem. Rom. = οἱ δίψυχοι οἱ διστάζοντες τὴν καρδίαν. Const. Apost. ad. v. 6. Philo de migrat. Abrah. 410. ἐπαμφοτερισταὶ de Sacrif. Caini et Ab. 141. C. ἐπαμφότεροι. Nos: Zweifel a: zwei Fall, latini dubium a duo. —— ἀκατάστατος aut inconstans est, ideoque IV, 2. κακῶς αἰτεῖται, aut, quod magis placet, parum constantiae experitur in omnibus, quae ipsi contingunt, sua culpa sorte varia conflictatur, nihil firmum ac stabile gignit; —— ὁδός, agendi ratio et, quae inde paratur, *fortuna*; sic V. T. Psalt. Sal. X. 3. ὀρθώσει ὁδὰς δικαίων. —— ἀκ. ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ = ἀκατάστατοι πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. v. 10. παρελεύσεται (ὁ πλούσιος = ὁ πλοῦτος) v. 11. cf. Tob. I, 25. ἐβασίλευσε Σενναχερὶμ — καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκαταστάθησαν silicet v. 18. ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας. — Ceterum pro appositione grammatica ad versus praecedentis subjectum trahenda noster versus sumi nequit, quum careat articulo (III, 6.) cf. potius III, 8.

V. 9. Jam ad varios transitur πειρασμούς v. 2. ——

Digitized by Google

καυχάσθω (imp. aor. W. 262.) gloriari, laetari, felicem se praedicare = ἀγαλλιᾶσθαι Rom. V, 2, 3, 11. Sir. XXX, 2. Matth. V, 12. 1 Petr. I, 6. —— ταπεινὸς humili et adversa fortuna conflictatus Sir. II, 5. ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. —— ὕψος altitudo interna, πλῦτος ἐν πίςει II, 5. „Wer Gott zum Freund hat, denket **hoch**, so müssen Christen denken." Matth. XVI, 26. —— ἐν τῷ ὕψει αὐτῦ in sua altitudine, quum tam alto loco sit positus, glorietur. Ita malim (IV, 16.) quam vocem ἐν directe e καυχᾶσθαι facere pendentem, quae vulgaris est constructio, quippe quod verbum bene collocatur absolute (v. 5.) —— ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῦ in sua clade, quae ipsi tam certa est, quasi jam facta sit, qua instante tanquam praesente vivit. 1 Tim. VI, 17. 2 Cor. VII, 29 — 31. Ita simplicius quam si conjungas καυχάσθω ἐν ταπεινώσει glorietur sua infortunii imminentis humili conscientia, (ταπείνωσις i. q. ταπεινῦν τὴν ψυχὴν Sir. II, 17. Test. Judae XIX. p. 611. ταπείνωσις τῆς ψυχῆς.)

V. 10. Verba ὅτι etc. ruinam illam certam et gravem imagine vivida depingunt; — „in sua clade," prope enim (V, 8.) adest etc. Quodsi ταπεινώσει subdas sensum alterum, humilitatis animi, ὅτι elliptice sumendum ut aliâs γάρ: non sine justa ratione animum humilem ille gerat, nam etc. —— ἄνθος χόρτυ flos graminis Gen. I, 11. παρέρχεσθαι praeterire, vergehen, verkommen Ps. XC, 5. ὡσεὶ χλοὴ παρέλθοι.

V. 11. Admonitio continuatur eadem imagine singularem quandam ad picturam extensa, ut assolet Noster (v. 24.) admodum poetice cf. Hom. Il. VI, 146. seq. Quasi rem gestam suis oculis visam narret tempus praeteritum adhibet, v. 24. cf. Joh. XV, 6. 1 Petr. I, 24. Phaed. 73. D. οὐκῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασαῖ — πάσχυσι τῦτο· ἔγνωσάν τε τὴν λύραν καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔλαβον τὸ εἶδος τῦ παιδὸς

Digitized by Google

οὗ ἦν ἡ λύρα; τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις. —— γάρ inchoandae illi picturae inservit, ut saepe post phrasin: τεκμήριον δὲ τοῦτο. v. 24. II, 2. Joan. V, 19. Sic aliâs ὅτι, cf. locum sensui quoque parallelum, Ps. CIII, 16. ἄνθρωπος — ὡσεὶ χόρτος — ὡσεὶ ἄνθος ἐξανθήσει, ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ καὶ οὐχ ὑπάρξει Jes. XL, 6. ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ ἐξέπεσε τὸ ἄνθος αὐτοῦ. Job. XIV. 2. Sir. XIV, 19. 1 Petr. I, 24. —— καύσων, saepe additur ἄνεμος „urens ille ventus orientalis et maxime Eurus, Arabibus Samum, Smum, Sam, Samyel etc. Hebraeis vero olim קדים Job, XVII, 21. Jer. XVIII, 17. Ez. XVII, 10. XIX, 12. Hos. XII, 2. XIII, 15. Jes. XLIX, 10. שרב dictus. Ille ipse ventus solis ortum comitari solitus (Jon. IV, 8. καὶ ἐγένετο ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον καὶ προσέταξεν ὁ θεὸς πνεύματι καύσωνι συγκαίοντι) Shawio auctore tam insignem exhalationum sulphurearum et nitrosarum copiam, longo per arenas ardentes flatu, colligit, ut sol per ipsum transparens justo magis rubeat et homines, nisi sub adventum ejus spiritu compresso humi se prosternant, ventum istum spiritu inhalantes haud raro subito interficiantur, herbae vero floresque vento isto adusta necentur.“ [P.] cf. 4 Esdr. XV. „Sicut flos siccabitur, cum exsurget ardor, qui emissus est super te, infirmaberis.“ —— ξηραίνειν de venti hujus effectu Ez. XVII, 10. Hos. XIII, 15. ἀνέτειλε καὶ ἐξήρανε pro ἀνατείλας ἐξήρανε, infra V. 13. —— πρόσωπον adscribitur per Hebraismum τῷ χόρτῳ ut aliis quoque rebus inanimis. Hebr. פנים vocant cujus vis rei quod in adspectum venit. [R.] Noli de solo flore decidente cogitare; circumscribitur potius τὸ μαραίνεσθαι tabe consumi (αὐτοῦ sc. τοῦ χόρτου), quod de divite quoque (καὶ III, 5.) dicitur (v. 10.) Exemplo ad divites transferendo quasi repetitur sententia, cujus firmandae causa illud proponebatur. Ceterum opulentus ipse in suis πορείαις (v. 8. ὁδοῖς, itineribus quaestus causa faciundis IV, 13.

Digitized by Google

14.? πορίαις emendationem redolet.) marcescet, flagitante hanc dicendi formam imaginis vigore, pro: αἱ πορεῖαι — τȣ͂ πλ. (ὁ πλȣ͂τος) pereunt, cf. 8. Philo de vict. p. 855. A. ἔξω μόνος θεὸς ἄυχημά σȣ, καὶ μητ' ἐπὶ πλȣ́τῳ — σεμνύνθης — ὅτι ὀξεῖαν ἔχει τὴν μεταβολὴν, μαραινόμενα τρόπον τινὰ πρὶν ἀνθῆσαι βεβαίως. Test. Sim. III. p. 536. ὁ φθονῶν μαραίνεται.

V. 12. Quae de egenis ac opulentis monuerat, jam in universalem quandam sententiam redigit, omnium illorum, qui constanter perseveraturi sint, sortem praedicans prosperrimam. —— μακάριος ἀνὴρ Ps. I, 1. Prov. III, 13. Job. V, 17. Hebr. XII, 5. Horat. Ep. II, 1. beatus ille. —— ἀνὴρ cf. v. 8. — ὑπομένει praegnantius dicitur quam v. 4. ὑπομονὴ, illam enim perfectam et cum opere perfecto junctam, non tam patientiam quam fidem et constantiam significat V, 11. Hebr. X, 32. Μακαρισμȣ͂ ratio redditur, ὅτι etc. cf. Matth. V, 3 — 11. Constantiâ istâ probatus corona potietur; δόκιμος γενόμενος non: quum — apparuerit, sed: quod apparebit δόκιμος scilicet ὑπομένων (v. 3.) Ipsa haec vox δόκιμος a metallis translata 2 Chron. IX, 17. 1 Chron. XXIX, 4, cf. Prov. XVII, 3. Jes. XLVIII, 10. Ps. XII, 7. 1 Cor. III, 13. 1 Petr. I, 7. —— ςέφανος τῆς ζωῆς pro: ςέφανος, ἡ ζωὴ W. p. 301. 2. ςέφανος summae felicitatis imago, (Ps. LXXXIX, 40. XXI, 4. CXXXII, 18. Prov. XVIII, 4. Sirac. I, 18. 1 Petr. V, 4.) quare felicissimorum hominum sortem describentes Rabbini de tribus coronis dicunt, legis, sacerdotii et regni, quibus praestat corona bonae famae, Pirke Abhoth. C. IV, 17.

רַבִּי שִׁמְעוֹן אוֹמֵר שְׁלֹשָׁה כְתָרִים הֵן כֶּתֶר תּוֹרָה וְכֶתֶר כְּהוּנָה וְכֶתֶר מַלְכוּת וְכֶתֶר שֵׁם טוֹב עוֹלֶה עַל גַּבֵּיהֶן

Psalt. Salom. 2. Hiersolyma v. 21. περιζώσατε σάκκον ἀντὶ ἐνδύματος εὐπρεπείας, σχοινίον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀντὶ στεφάνȣ; 22. περιείλετο μίτραν δόξης, ἣν περιέθηκεν αὐτῇ ὁ θεός. Illam imprimis denotat beatam

Digitized by Google

sortem, quae probis in vita futura, aut in regno Messiano contingit, Sap. V, 15, 16. cf. III, 8. 4 Esdr. II. D. „Et in medio eorum erat juvenis statura celsus, et singulis eorum capitibus imponebat coronas. Tunc interrogavi angelum et dixi, Qui sunt hi Domine? Qui respondens dixit mihi: Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, et immortalem sumpserunt, et confessi sunt nomen Dei; Modo coronantur et palmas accipiunt. — Et dixi angelo: Ille juvenis quis est, qui eis coronas imponit — etc. Ipse est filius Dei." — Test. Benj. IV. *μιμήσασθε τὴν εὐσπλαγχνίαν αὐτῦ, ἵνα καὶ ὑμεῖς στεφάνυς δόξης φορέσητε.* Malim itaque *στέφανον* ad *τὸ βασιλεύειν ἐν ζωῇ*, (Rom. V, 17.) quam ad *βραβεῖον* e certamine reportandum referre, quae solita est Pauli ad Graecos scribentis imago (2 Tim. IV, 8. 1 Cor. XI, 24.) Sibyll. II. p. 193. (ed. Gallaeus.)

Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα θεὸς μετέπειτα ποιήσει.
Λάμψει γὰρ στεφανῷ λαμπρῷ παρομοίϊος ἀστὴρ
Λαμπρὸς, παφαίνων, ἀπ' οὐρανοῦ αἰγλήεντος
Ἠμάσιν οὐκ ὀλίγοις. τότε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεύσασι.

— p. 201.

οὐ γὰρ ἀναιδῶς
Ἀργύριόν τις ἐκεῖ δύναται στέφος ὠνήσασθαι,
Ἁγνὸς γὰρ Χριστός τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει
Καὶ δοκίμυς στέψει —

—— *ὁ κύριος* Christus I, 1. quamvis locus parallelus Deum habet (II, 5.) Sic 1 Joan. II, 25. *καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον*, haud dubie Christus est subjectum cf. Lüke. Adde 2 Tim. IV, 8. Neque autem ipsius nostri loci quidam parallelismus antitheticus cum v. 7. Deum pro subjecto haberi jubet. De re ipsa cf. Matth. V, 3 – 12. —— *τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν* 2 Tim. IV, 8. 1 Cor. II, 9. 1 Joh. IV, 20.

Digitized by Google

V. 13. Jam tertium quoddam notat in illis tentationibus (v. 2.) probe observandum, ne quis ab se in Deum transferat culpam irritatae ad prava concupiscentiae, quam excusationem fortasse Judaeochristiani e consuetis opinionibus solebant praetendere. Abs Deo nonnisi bona oriri; eundem nos regenerasse, ut vere simus primitiae at proles perfecta. — πειραζόμενος — qui ad prava incitatur; (cf. v. 2.) cave jam praegnanter sumas = καὶ οὐχ ὑπομείνας, quae sit vis vocis patet e v. 14. — λεγέτω sibi dicat, cogitet ad excusandam, qua forte illis πειρασμοῖς succumbat, levitatem. Matth. XII, 44. XVI, 7. Luc. XI, 24. — ἀπὸ impulsore Deo. Saepe accedit ἀπὸ ad praepositionum ὑπὸ et παρὰ sensum, et cum verbis passivis jungitur, ita ut non tantum ortum alicujus rei ab aliquo indefinitum ac remotiorem sed immediatam, si dicere licet, actionem et caussam, ipsam efficientem significet. Matth. XI, 19. XVI, 21. Marc. VIII, 21. Luc. VI, 18. XVII, 25. Act. XII, 20. 1 Cor. XI, 23. 1 Joan. II, 20, 27. IV, 21. Aeschin. Orat. adv. Ctesiph. 98. δεδόσθαι δὲ ἀπὸ πάντων τέτων τὴν ἡγγεμονίαν ὑμῖν cf. Thuc 1, 17. Paus. 2, 32, 2. Quin haud raro ὑπὸ fontem primitivum ac remotiorem signat (Phil. leg. Alleg. 47, D.) ἀπὸ causam proximam (Plat. Jon. p. 37. ed. Nitzsch) ὧν ἐγὼ ἔλεγον ὑπὸ τῆς Ἡρακλειώτιδος λίθε ἀπ᾽ ἀλλήλων τὴν δύναμιν λαμβάνειν. cf. Phil. leg. Alleg. 80, A. ἔμφασιν τε̃ θεε̃ λαμβάνειν ἀπ᾽ αὐτε̃, τε̃ αἰτίε. — Ipsa haec propriae pravitatis excusatio, paganis conveniens (Il. XIX, 86. s. ἐγὼ δ᾽ ἐκ αἴτιός εἰμι Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ερινννύς — Eurip. Orest I. 282. Plaut. Aul. IV, 10. 7. Deus impulsor mihi fuit: Terent. Eun. V, 2. 36. quid si hoc voluit quispiam Deus? [G.]) Judaeis quoque haud erat insolita. Rom. IX, 19. τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βελήματι αὐτε̃ τίς ἀντέςηκε; Ita Philo ad Num. 21. leg Alleg. p. 101. C. (νε̃ς) αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προς-

Digitized by Google

ἅπτων θεῷ. De Profug. 462. A. οὐδὲν οὖν τῶν ὑπούλως καὶ δολερῶς καὶ ἐκ προνοίας πραττομένων ἀδικημάτων ἄξιον λέγειν γίνεσθαι κατὰ θεὸν ἀλλὰ καθ' ἡμᾶς αὐτούς· ἐν ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς οἱ τῶν κακιῶν εἰσι θησαυροὶ παρὰ θεῷ δὲ μόνων ἀγαθῶν. ὃς ἂν οὖν καταφύγῃ, τόδ' ἐστιν, ὃς ἂν τῶν ἁμαρτημάτων μὴ ἑαυτὸν ἀλλὰ τὸν θεὸν αἰτιᾶται, κολαζέσθω. — B. δυσίατος ἢ παντελῶς ἀνίατος μῶμος τὸ φάσκειν καὶ κακῶν αἴτιον εἶναι τὸ θεῖον. — D. Τίς δ' ἂν γένοιτο αἰσχίων κατηγορία, ἢ τὸ φάσκειν μὴ περὶ ἡμᾶς ἀλλὰ περὶ θεὸν γένεσιν εἶναι τῶν κακῶν. Sir. XV, 11, 12. μὴ εἴπῃς ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην — ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν etc. — Quis non videt, tum Essaeorum tum Pharisaeorum de fato sententiam excusationis illius, quae hic damnetur, exstitisse fontem? Ait enim Josephus: (Ant. XVIII, 1, 5.) Ant. XIII, 5, 9. Τὸ τῶν Ἐσσηνῶν γένος πάντων τὴν εἱμαρμένην κυρίαν ἀποφαίνεται, καὶ μηδὲν, ὃ μὴ κατ' ἐκείνης ψῆφον ἀνθρώποις ἀπαντᾷ· et Bell. Jud. II, 8, 14. (cf. Ant. XVIII, 1, 3. Ant. XIII, 5, 9.) Φαρισαῖοι μὲν εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσάπτουσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια καὶ μὴ, κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον καὶ τὴν εἱμαρμένην. (cf. Bretschneider Capitae Theologiae Judaeorum dogmaticae e Flavii Josephi scriptis collecta. § 9.) Nota quaedam veteris testamenti loca ansam dare poterant opinioni, mala quoque abs Deo homines cogente peragi. Exod. IX, 16. Quare Philo Mosen ab hac suspicione diserte defendit: Quis rer. div. haer. p. 134. δίδωσι δὲ ἀφορμὴν τοῖς ἀσθενεστέροις ταῦτα ὡς ὑπολαμβάνειν, ὅτι Μωυσῆς εἱμαρμένην καὶ ἀνάγκην ὡς αἰτίας τῶν γενομένων ἁπάντων εἰσάγει. Quod deter. pot. 177, D. οὐ γάρ, ὥς ἔνιοι τῶν ἀσεβῶν τὸν θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν φησι Μωυσῆς. Poterat quoque Judaeorum de animae naturali malignitate opinio istam, de qua loquimur, excusationem gignere. 4 Esdr. III, 6. „Ut dares semini Jacob legem et genera

tioni Jsrael diligentiam. Et non ab iis abstulisti cor malignum, ut faceret lex tua in iis fructum. Cor enim malignum bajulans primus Adam transgressus et victus est, sed et omnes, qui de eo nati sunt; c. XIV. c. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: et quantum impietatis generavit usque nunc, et generat usque cum veniat area? Aestima autem apud te, gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generavit?" etc. Quin et ipse Philo, qui libertatem summopere vindicat cuique mortali, multus est in enarrandis peccatis ἀκϐσίοις, abs quibus propter naturae insitam labem nemo sibi cavere possit. de nom. mut. 424. cf. inter alia eg. Alleg. lib. III. p. 1093. A. τρέπεται νϐς ὁ παῤ ἑαυτῷ, ἀλλὰ παρὰ τὸν ἐπιβάλλοντα καὶ ἐπιπέμποντα τὴν τροπὴν θεόν· καὶ γὰρ ὕτως ἔχει· εἰ γϐν παῤ ἐμοὶ ἦν τὸ τρέπεσθαι, ὁπότε ἐβϐλόμην ἂν ἐχρώμην αὐτῷ, καὶ ὁπότε μὴ ἐπροσκρϐμην, ἄτρεπτος διετέλϐν· νυνὶ δὲ καὶ ἀντιφιλονεικεῖ μοι ἡ τροπὴ καὶ πολλάκις βϐλόμενος καθῆκόν τι νοῆσαι, ἐπαντλϐμαι ταῖς παρὰ τὸ καθῆκον ἐπιῤῥοίαις· — πᾶν μὴν τὸ γεννητὸν ἀναγκαῖον τρέπεσθαι· ἴδιον γάρ ἐςι τϐτο αὐτϐ, ὥσπερ θεϐ τὸ ἄτρεπτον εἶναι. Qua ex imbecillitate animi naturali quae oriuntur delicta, cum in angustiis vitae ac sortis tempestatibus facilius viderentur perpetrari, Psalt. Salom. V, 8. precatur: Μὴ βαρύνῃς τὴν χεῖρά σϐ ἐφ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ δἰ ἀνάγκην ἁμαρτάνωμεν. Sibyll. II. p. 253. ὅςις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνὴρ, ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης, ϐκ ἐρέω τὸ τέλος. (non dico prorsus malum.) — Quid mirum, quod Exjudaei, ad quos spectat epistola, e prisca superstitione, hominum pigritiae consona, culpam propriae pravitatis ab se removente, de tentationibus sibi subeundis ita judicarent? „Imprimis, cum non tam propter sua peccata, quam propter Deum et fidem in ejus filium tentationes paterentur, quid erat proclivius, quam ut Deo quoque auctori eas adtribuerent?" [Heysen.] Ab hoc igitur cri-

mine suos avocans Jac. Deus enim, ait, ut ipse est nulli in malum proclivitati obnoxius, ita neminem ad prava sollicitat. Coordinat saepe Noster (et particula δὲ copulat) duas sententias, quarum altera in alteram vim participii habet, ita ut sub ista coordinatione relatio quaedam mutua lateat, cf. 11. II, 8, 9. III, 8, 9, 5. V, 17. Quod passim in N. T. obvium, ita quidem ut modo prior modo altera sententia in participium sit resolvenda. Matth. XI, 25. XVIII, 21. Rom. VI, 16; 1 Cor. XI, 3. Matth. XII, 11. cf. Sir. II, 5. Tota haec res non utique Hebraismus est vocanda, (W. 295.) quum Graeci quoque tale quid admittant. cf. Thiersch Gr. Gr. §. 317. 484. Mathiae Gr. Gr. §. 565, 3. p. 1114. Praesertim autem in stilo historico haud raro secundaria sententia cum primaria ita juncta est, ut si unam ambae efficerent sententiam. V. Bornem. ad Xen. Cyrop. I, I, 4. Pariter apud Romanos, Matthiae ad Cic. Orat. pro leg. Manil. 1, §. 2. p. 71. —— ὁ γὰρ θεὸς cf. ad. v. 4. ὑπομ. articulus vim rhetoricam s. antitheticam habet. —— ἀπείραστος non tentatus, qui tentari nequit, aliâs ἀπείρατος. Discimus a Matthaei Gr. Gr. §. 200. 2. verbalia a verbis puris derivata (πειράω) solere syllabae finali τος praemittere litteram σ, quoad sensum vero tum participia perfecti passivi tum adjectiva in *ilis* desinentia exprimere. — Genitivum (κακῶν) cum adjectivo junctum explicat W. p. 163. 4. Nota, malum tanquam vim activam nostro loco cogitari (14.) abs cujus impetu Deus cum sit immunis, quippe sanctus, neminem alium possit ipse seducere. De veritate ipsa nostro commate proposita vide 1 Cor. X, 13. Sir. XV, 11. Μὴ εἴπῃς ὅτι διὰ κύριον ἀπέστην· ἃ γὰρ ἐμίσησεν, οὐ ποιήσεις. Μὴ εἴπῃς, ὅτι αὐτός με ἐπλάνησεν, οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. Πᾶν βδέλυγμα ἐμίσησεν κύριος etc. Antonin. 6, 1. ὁ τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν αὐτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν.

Digitized by Google

κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ, οὐδε βλάπτεταί τις ὑπ' ἐκείνῳ —— πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα, id de sola ad peccata irritatione dici potest, quum alio sensu (v. ad v. 2.) Deus homines tentet. —— δὲ, *potius*, hanc sententiam opponit toti versiculo praecedenti non tantum verbis: πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. —— ἕκαστος πειράζεται — ἐξελκόμενος pro ἕκαστος πειραζόμενος ἐξελκύεται. Solet enim Gracis verbum primarium passim in participio collocari Stallb. Gorg. p. 483. E. 484. D. οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν. Matthiae Gr. Gr. Tom. II, p. 1097. (Hanc regulam suppleas W. p. 295.) Rom. VIII, 23; 2 Cor. V, 2. Luc. IV, 15. 2 Tim. II, 6. Jac. V, 7. Non enim dicere vult, quemque tentari, eundemque allici, sed quemque, qui tentetur, ita tentari, ut alliciatur etc. cf. 17. non: omne praeclarum donum coelitus demitti, sed: omne coeli donum bonum esse et perfectum. —— ἰδίας adscribitur, quo sit oppositio gravior, 2 Tim. IV, 3. κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας. W. 135. —— ὑπὸ propter personae formam, qua prodit ἡ ἐπιθυμία, ponitur. ἐπιθυμία concupiscentia, id naturae πάθος, ex quo prodeunt αἱ ἐπιθυμίαι (Eph. IV, 22. 1 Thess. IV, 5. 2 Tim. III, 6. IV, 3.) quae ex objecto facile nomen ducunt, velut κοσμικαὶ Tit. II, 12. ἡ ἐπιθυμία tanquam fons illarum, de quo tum articulus τῆς tum omnis contextus jubet cogitare, idem est, ac σάρξ, tanquam ἐπιθυμοῦσα, Gal. V, 17. hebraeorum יֵצֶר הָרַע, Pauli ἁμαρτία Rom. V, 12. Naturae autem haec perversitas ad prava quaeque prorumpens a parte sui potiori (Phil de mund. opif. p. 35. p. 13. ὅ γε πόθος οὗτος καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἡδονὴν ἐγέννησεν. ἥτις ἐστὶν ἀδικημάτων καὶ παρανομημάτων ἀρχή,) ἐπιθυμία adpellatur, quo verbo scricte non nisi voluptas designatur, quare cum ἡδονῇ eandem vocem saepe permutat Philo, (Plat. Gorg. 491. D. ἡδονὴ et ἐπιθυμία promiscue ponitur) qui Platonicam ceterum sequitur

Digitized by Google

distinctionem inter τὸ λογικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικόν. cf. quis rer. p. 518. 519. leg. Alleg. p. 55. B. Idem τὴν ἐπιθυμίαν, ut Noster, personificat. l. c. p. 519. B. ἐπιθυμία μὲν γὰρ ὁλκὸν ἔχουσα δύναμιν, κἂν φεύγῃ (τίς) τὸ ποθούμενον διώκειν ἀναγκάζεται. p. 72. E. ἡ μὲν γὰρ σοφίζεται καὶ παράγει τὸν νοῦν. Cui non in mentem veniunt duo feminae Herculeae, (Xenoph. Apol. Socr. §. 43.) quarum altera meretricia arte heroem seducere studet. Tanto elegantius ἡ ἐπιθυμία meretricis personam nostro loco agit, quod hac voce plerumque libido notatur (Rom. I, 24. 1 Thess. IV, 5. Sir. XXIII, 5.) et Hebrais tritum est, peccata tanquam adulteria repraesentare cf. ad IV, 4. Phil. leg. alleg. p. 72. C. ἡ δὲ ἡδονὴ, οὐχ οἷόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον, τοιοῦτον αὐτὸ γνωρίζει τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ etc. ὥσπερ καὶ τῶν ἑταιρῶν τὰς εἰδεχθεῖς ἰδεῖν ἐστὶ φαρματτούσας etc. de mundi opificio 38. C. οἷα ἑταιρὶς καὶ μάχλος οὖσα ἡδονὴ γλίχεται τυχεῖν ἐραστοῦ. —— ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος, verba e re venatoria et piscatoria in rem amatoriam et inde in nostrum tropum translata = illicitus et inescatus, angezogen und angekörnt. δελεὰρ, esca. ἐξελκεῖν aliâs physice de protrahenda in littus praeda, nobis fortasse de abducenda quasi a recto tramite viatore (V, 11.) sumendum, nisi ἐξ simpliciter velit pondus rei augere. Arrianus in Epictetum: ὑπὸ τῆς φαντασίας ἕλκεσθαι. δελεάζειν captum tenere. Athenaeus l. 13. c. 8. p. 600. Megalostratam dicit διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι. Arist. Polit. 5. 10. καὶ παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξελκυσθείς. Ael. N. Att. VI, 31. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑλκόμενος. Max. Tyr. diss. 21. p. 206. πικραῖς καὶ ἐλεειναῖς ἡδοναῖς δελεασθέντες. Anton. II, §. 12. τὰ ἡδονῇ δελεάζοντα. Terent. Adelph. II, 2, 12. Nescis inescare homines. Trahit sua quemque voluptas. — Plato Tim. ἡδονὴ τῶν κακῶν δελεάρ. Plut. de sera Num. Vind. τὸ γλυκὺ τῆς ἐπιθυμίας ὥσπερ δελεὰρ ἐξελκεῖν. Cic. d.

Digitized by Google

senect. 13. Divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. Phil. de opif. mundi p. 38. C. ὁ δὲ λογισμὸς αὐτίκα δελεασθεὶς, ὑπήκοος ἀνθ' ἡγεμόνος γίγνεται de agric. p. 202. E. ἓν οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ πρὸς ἡδονὴν δελεασθὲν εἵλκυσται καὶ ἐμφέρεται τοῖς πολυπλοκωτάτοις δικτύοις αὐτοῦ. [P. G.] Test. XII. Patr. p. 702. εἰς πορνείαν μὲ ἐφελκύσατο. Isocrates de pace 166. ὁρῶ γὰρ τοὺς τὴν ἀδικίαν προτιμῶντας — ὅμοια πάσχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζώων.

V. 15. εἶτα non postea, sed tum, cum homo est δελεαζόμενος, ita saepe participio jungitur ἔπειτα, ubi nullum temporis intervallum intercedit Marc. VII, 2. Apol. Socr. p. 20. C.; saepius quoque εἶτα et ἔπειτα post verbum finitum inseritur pro καὶ τότε atque tum Apol. Socr. 23. C. καὶ αὐτοὶ πολλάκις ἐμὲ μιμοῦνται, εἶτα ἐπιχειροῦσιν ἄλλους ἐξετάζειν. κᾆπειτα, οἶμαι, εὑρίσκουσι πολλὴν ἀφθονίαν etc. Cratyl. p. 411. B. de repub. p. 336. B. —— συλλαβοῦσα, gravida facta cf. 70. Gen. IV, 1. etc. tropice Ps. VII, 16. —— τίκτει cf. Theogn. 153. (Phil. de vita Mos. 714. D.) τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν. nostro loco tropus in allegoriam perquam elegantem extenditur. Eadem imagine utitur Philo leg. Alleg. III. p. 1092. D. ὅταν ἐν ταῖς ἀβροδιαίτοις συνουσίαις ἐπιλάθηται ὁ νοῦς etc. pariter in bonam partem, leg. alleg. II. p. 88. E. ὁ σπερματικὸς καὶ γεννητικὸς τῶν καλῶν λόγος. p. 94. οὐ γὰρ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ εἰμι, τοῦ μόνου δυναμένου τὰ ψυχῶν μήτρα ἀνοιγῆναι, καὶ σπείρειν ἐν αὐταῖς ἀρετὰς, καὶ ποιεῖν ἐγκύμονας καὶ τικτούσας τὰ καλά. p. 101. ἔμπαλιν δὲ τὴν ἀρετὴν εὑρήσεις μετὰ χαρᾶς ὑπερβαλλούσης καὶ κυοφοροῦσαν etc. de Cherubim 115. B. ἵνα τὴν ἀρετῶν κύησιν καὶ ὠδῖνα εἴπωμεν etc. de migr. Abr. 409. E. —— ἁμαρτίαν sine articulo, ut solent poni notiones generales. ἁμαρτία ipsa malefacta, pravae actiones et cogitationes, proles τῆς ἐπιθυμίας. — ἡ δὲ ἁμαρ-

Digitized by Google

τία, hic articulus ponitur, quia nova propositio ἁμαρτίαν mox dictam repetit (W. p. 90. cf. Jac. II, 14.) et quia hac, quae sequitur, sententia illa personae formam gerit. —— ἀποτελεσθεῖσα dicitur ἡ ἁμαρτία, quum ipsa, quae indulgendo pravis cupiditatibus et voluntatem his accommodando constat, male factis in publicum prodit, perficitur, consummatur, ut πίστις (ἀπο)τελεσθεῖσα ea est, quae benefactis sese exserit II, 22. ἔργον ἔχουσα I, 2. = si quod pollet, perfecerit, ideoque ad perfectionem ipsa perducta sit. Plat. Symp. p. 188. D. ὁ πᾶς Ἔρως ὁ περὶ τ'ἀγαθὰ μετὰ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἀποτελέμενος. Phil. leg. alleg. III. p. 1094. A. ἕξις et δύναμις opponitur τῷ: ἀποτελεῖν, ἀποτέλεσμα. Enoch. I. Fabr. p. 180. τὴν γνώμην ταύτην μέχρις ἂν ἀποτελέσωμεν αὐτήν. „Non unum aliquod opus perpetratum sed cursus peccandi completus.“ [Calv.] Peccatum ita perfectum, consummatum, perniciei fons est, quae veluti comes adest, ubi illud prodit, illius revera foetus. Tropum jam inchoatum continuans Noster τὸν θάνατον prolem peccati consummati appellat; quare de alia quoque vocis ἀποτελεσθεῖσα significatione cogitare licet = adulta, nisi forte subtilius sit, singula ita tropo adaptare. Sensus idem, ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, peccatum vitam quasi dominans, per vitam sese exserens θάνατον se habet sequentem. —— θάνατος omnis vitae miseria, cujus apex ipsa mors, et, quae sequitur fata, conditio tristis Rom. VI, 21, 23. — Quod ad formam hujus versiculi adtinet, conferre juvabit Dial. c. Tryph. p. 327. ubi Eva συλλαβοῦσα serpentis sermonem inobedientiam ac mortem peperisse dicitur, adde Orig. Hom. XX. in Num. I. II. Op. 358. Ceterum quum θάνατον peccati considero foetum, nescio an ipse Jacobus ad lapsum Evae respexerit, quem seriores certe Rabbini e clandestino cum Spiritu malo concubitu repetere solent. (cf. Epiph. Haeres. XL, 5.)

Digitized by Google

Ad sententiam ipsam confer: Phil. de Sacrif. Caini et Abelis p. 147. E. ὥσπερ γὰρ ταῖς γυναιξὶν, πρὸς ζώων γένεσιν οἰκειότατον μέρος ἡ φύσις ἔδωκε μήτραν· ὅτω πρὸς γένεσιν πραγμάτων ὥρισεν ἐν ψυχῇ δύναμιν, δι' ἧς κυοφορεῖ καὶ ὠδίνει καὶ ἀποτίκτει πολλὰ διάνοια. τῶν δὲ ἀποκυομένων νοημάτων τὰ μὲν ἄῤῥενα τὰ δὲ θήλεα συμβέβηκε. θῆλυ μὲν ὂν ἔκγονον ψυχῆς ἐςὶ κακία καὶ πάθος. de cherub. p. 117. C. ὅταν ὁ ἐν ἡμῖν νῦς (κεκλήσθω δὲ Ἀδὰμ) ἐντυχὼν αἰσθήσει, παρ' ἣν ζῆν δοκεῖ τὰ ἔμψυχα (καλεῖται δὲ Εὔα συνεσίασις) ὀρεχθεὶς πλησιάσῃ, ἥδε συλλαμβάνει καθάπερ δικτύῳ τὰ ἐκτὸς αἰσθητὰ, ἐγκύμων τε γίγνεται καὶ εὐθὺς ὠδίνει καὶ τίκτει κακῶν ψυχῆς τὸ μέγιςον, οἴησιν. Leg. Alleg. 1102. C. τέτοκεν ἡ ἀρετὴ τὴν εὐδαιμνίαν. Adde ea Rabbinorum loca, quae a mola concupiscentia mortem repetunt ex. c. Sepher Haemunoth: Sine peccato Adami

הָיוּ תוֹלְדֹתֵיהֶם לֹא בְּאֶמְצָעוּת – דְהָיוּ חַיִּים וְקַיָּמִים בְּעוֹלָם.

V. 16. Μὴ πλανᾶσθε formula dehortandi a gravi errore (1 Cor. VI, 9. XV, 33. Gal. VI, 7.) hoc loco ad errorem in praecedentibus verbis impugnatum spectans, quare Cod. Ac. particulam ὖν interpolat, recte quidem, quoad sensum, sed contra nervosam Jacobi dictionem cf. ad. v. 8. Ceterum non magis praecedentibus quam sequentibus jungendus est noster versiculus, quippe quibus erroris illius gravitas clarius etiam depingitur; (Eadem ratio est formulae ejusdem 1 Cor. XV, 33.) πλανᾶσθαι de recte et vivendi (V, 20.) et sentiendi tramite linquendo adhibetur, quod utrumque revera junctum. Hic de pravis cogitationibus (Matth. XII, 29. adde loca jam laudata) pravae vitae adminiculis; infra auten V, 19, 20. de ipsis delictis vox valet e nota Hebraeorum tropo orta, quem Jacobum adamare videmus (cf. v. 8, 11.) —— ἀδελφοί μυ ἀγαπητοὶ non blande tantum et severitatis

Digitized by Google

molliendae caussa sed pie ac sensu caritatis jam vividius sese exprimentis pleno edictum. (v. 2.)

V. 17. Animi commoti ac elevati poesis naturalis versum hexametrum format, πᾶσα — τελεῖον. (cf. Hebr. XII, 12, 26.) —— πᾶσα = mera, sola cf. ad v. 2. vel quasi ommissum sit participium verbi substantivi ad ἀγαθὴ et τέλειον subaudiendum et (cf. ad v. 14.) in tempore finito collocandum, sicut tempus finitum ἐστὶ καταβαῖνον in participii formam restituendum: πᾶσα δόσις ἀγαθὴ οὖσα καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ὂν ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον = πᾶσα δόσις καὶ πᾶν δώρημα ἄνωθεν καταβαῖνον τέλειόν ἐστι. Quodcunque coelitus datur donum, est praeclarum. Non est enim de eo dubium, an coelitus veniant bona, sed an, quae inde demittantur, sint omnia bona, id quod contendit Apostolus, eaque, quae prava sint, aliunde petenda (v. 14.) commonstrat, cf. quae III, 15 — 17. disputat de sapientia divina ac terrestri. —— δόσις largitio, donatio Sir. V, 15. δόσις κυρίου παραμένει εὐσεβέσι Deus nunquam cessat donare pios cf. Phil. IV, 15. —— ἀγαθὴ fortasse bona largitio respectu mentis, qua quis donat, (v. 5, 13.) benefica Matth. XX, 15. Rom. IV, 7. Hac autem mente non nisi perfecta dantur. —— δώρημα donum ipsum, munus. —— τέλειον cf. Rom. XII, 2. τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, Phil. de monarchia 815, e, ὑπό τινος τὴν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ τελειοτάτου etc. cui nil deest, quod ad τελειότητα hominibus consequendam spectat v. 3. (quare seductiones istae minime a Deo proveniunt) —— ἄνωθεν מִמַּעַל, III, 15. Joh. XIX, 11. i. q. מִשָּׁמַיִם Joan. VI, 32, 33. Jos. II, 11. quia Deus in coelo habitare cogitatur. Luc. XIX, 38. Matth. XXI, 9. Ceterum ἄνωθεν exponitur sequent. ἀπὸ τοῦ πατρός, sicut IV, 1. ἐντεῦθεν seq. ἐκ τῶν ἡδονῶν, quod vide. —— ἐστὶ καταβαῖνον = καταβαίνει cf. III, 15. II, 15. V, 16, 21. cf. W. p. 294. 8. Nonnisi bona abs

Digitized by Google

Deo largiri, Judaeorum theologia purior graviter asserit cf. Phil. de Cherubim p. 122. D. τελειοτάτη ἡ τούτου φύσις. μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἄκρα καὶ τέλος καὶ ὅρος εὐδαιμονίας ὁ Θεὸς, μετέχων μὲν οὐδενὸς ἑτέρου πρὸς βελτίωσιν, τὸ δὲ ἴδιον μεταδεδωκὼς ἅπασι τοῖς ἐν μέρει τῆς τοῦ καλοῦ πηγῆς ἑαυτοῦ. de conf. ling. p. 346. C. προςήκει δέ κακεῖνο λελόγισθαι, ὅτι μόνον ἀγαθῶν ἐςὶν ὁ Θεὸς αἴτιος, κακοῦ δὲ οὐδενὸς παράπαν. — ἐμπρεπέςατα δὲ τὰ οἰκεῖα τῇ ἑαυτοῦ φύσει δημιουργεῖν, ἄριςα τὸν ἄριςον. de sacrif. Caini et Abelis p. 138. E. Θέμις, οὐδὲν ἀτελὲς αὐτῷ χαρίζεσθαι, ὥςθ᾽ ὁλόκληροι καὶ παντελεῖς αἱ τοῦ ἀγεννήτου δωρεαὶ πᾶσαι, de agric. p. 195. C. de Abrah. p. 393. A. de migrat. Abr. 399. B. χαρίζεται δὲ ὁ Θεὸς τοῖς ὑπηκόοις ἀτελὲς οὐδὲν, πλήρη δὲ καὶ τέλεια πάντα. Sanhedrin. f. 59. 2. longius exponit, nullam rem immundam descendere coelitus. Dionys. Halicarn. I, p. 123. παντὸς ἀγαθοῦ θεοὶ δοτῆρές εἰσι τῇ θνητῇ φύσει καὶ φύλακες. —— ἀπὸ significat, aliquid ab aliquo originem trahere, proprie מֵעַל, nieder von, W. 313. —— πατὴρ τῶν φώτων, propter ea, quae mox sequuntur = pater luminum coelestium, solis, lunae ac stellarum, quae φῶτα οὐρανοῦ audiunt 70 Jerem. IV, 23. φωστῆρες Gen. I, 14. Tritum erat Jovae nomen יְהוָה צְבָאוֹת dominus astrorum (V, 4.) „Solemne Hebraeis a sideribus celebrandae divinae majestatis repetere argumentum Jes. XL, 26. Ps. CXXXVI, 7. XLVII, 4. Jer. XXXI, 35. Sir. XLII, 16. XLIII, 10.“ [P.] ideoque πατὴρ = ποιητὴς cf. III, 9. Hebr. XII, 9. Mal. II, 10. Philo deum πατέρα et ποιητὴ et promiscue et juncte adpellat de opif. p. 2. B. de charit. 799. C. de monarchia 812. B. ἑνὸς τοῦ πάντων πατέρος. de cherub. 116. C. τῶν συμπάντων πατὴρ. — „Lucis auctorem Latini Jovem Lucetium celebrabant Macrob. I. Saturn. c. 15. Gell. Nocl. Att. V, 12.“ [P.] Philo de opif. p. 6. D. de λόγῳ Dei ita disserit:

Digitized by Google

καί ἐςιν ὑπερυράνιος ἀςὴρ, πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀςέρων· ἣν ὐκ ἀπὸ σκοπῦ καλέσειεν ἄν τις πανaύγειαν, ἀφ' ἧς ὁ ἥλιος καὶ οἱ ἄλλοι πλανῆτές τε καὶ ἀπλανεῖς ἀρύονται, καθ' ὅσον ἑκάςῳ δύναμις, τὰ πρέποντα φέγγη τῆς ἀμιγῦς καὶ καθαρᾶς ἐκείνης αὐγῆς ἀμαυρυμένης etc. de somniis 576. πρῶτον μὲν ὁ θεὸς φῶς ἐςι ὐ μόνον φῶς, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἑτέρυ φωτὸς ἀρχέτυπον. — Attamen *puritatis* laus imprimis hac imagine continetur. Sensus: „Auctor siderum nitidorum, ipsis etiam nitidior, et nitoris, nullis unquam tenebris interrupti, majori constantia fulgens.“ (Flatt. spicileg. observ. ad epist. Jac.) —— παρ' ᾧ in quo, παρὰ de proprietatibus, facultatibus, moribus, Rom. II, 11. IX, 14. Eph. VI, 9. Job. XII, 13. W. p. 337. Dem. pro cor. p. 318. εἰ δ' ὖν ἐςι καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία τοιαύτη. —— ἔνι pro ἔνεςι Gal. III, 28. Col. III, 11. ut πάρα, ἔπι, ὕπο pro πάρεςι, ἔπεςι, ὕπεςι, W. p. 73. — Verba composita, saepe aliam, quam qua sunt composita, praepositionem secum habent, (W. p. 360. quem corrigas p. 362, 4.) ideoque praepositio ἔνι vi verbi ἔνεςι cum παρὰ jungitur. —— παραλλαγὴ i. q. ἀλλοίωσις mutatio cf. Sir. XXVII, 11. διήγησις εὐσεβῦς διαπαντὸς σοφία, ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιῦται. Cave ne argutias astronomicas a Jacobo simplici hîc tractari judices. Utitur quidem terminis ad illam artem spectantibus, quos si premas, oratio erit quaesita. (Fortasse a rei astronomicae recordatione profectus Noster eos adhibuit terminos, qui, quum et absque ista scientia eundem sensum exprimant, elegantius adhiberentur.) Deus, pater luminum, non ut ipsae stellae mutatur, sui semper similis, purus, praeclarus. —— τροπῆς ἀποσκίασμα i. q. ἀπ. quae oritur e τροπῇ. (W. 157. 2.) Nec de cursu solis ab oriente ad occidentem neque de solstitio aestivo sed de inconstantiâ simpliciter cogitandum, qua et sol et luna et stellae interdum ex

Digitized by Google

opinione indoctioris aevi deficiunt, decrescunt. —— τροπὴ de inconstantia naturae Phil. leg. Alleg. 1101. C. μέχρις ἂν μετανοίᾳ χρησάμενον ὁμολογήσῃ τὴν τροπὴν — · αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προςάπτων θεῷ. 1102. C. καὶ τὴν τροπὴν τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἐδέξαντο. cf. leg. alleg. 84. B. —— ἀποσκίασμα imaginem supra inchoatam diserte respicit; mutatio illa, quae de Deo tollitur, est obumbratio, qua is, qui lucis auctor est, caret. — Ita sententiae pariter cohaerent ac in v. 14. Deus propterea nil mali agere et dare potest, quia ipse sua natura mali incapax est. Deus, qui non luminum a se creatorum instar modo crescit modo decrescit, sed eodem semper quasi loco eadem semper indefessa omnia vi ac bonitate collustrat fovetque, nil nisi bona et fausta largitur. Similis comparatio Soph. VII, 29. Ἔστι γὰρ ἄυτη (ἡ σοφία) εὐπρεπεστέρα ἡλίου, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἄστρων θέσιν, φωτὶ συγκρινομένη εὑρίσκεται προτέρα. Τοῦτο μὲν γὰρ διαδέχεται νὺξ, σοφίας δὲ οὐκ ἀντισχύει κακία. Nonne levis allusio ad Judaeorum quorundam de fato e stellis pendente superstitionem his verbis inesse videtur? (cf. Schneckenburger: Ueber das Alter der jüdischen Proselytentaufe, Beilage.)

V. 18. Tantum abest, ut a Deo repetere liceat istas ad desciscendum tentationes, ut ille, qui nonnisi bona largire solet, pro clementia sua vos evangelii ope regeneraverit, quo vos geratis tanquam praeclarissimum creaturarum divinarum genus. Duo igitur sunt, quae hoc versu et proponuntur et commendantur: 1) Deus benignus rei christianae homines beantis auctor idem seductionis auctor nequaquam sese potest, 2) ipsum hoc divinum munus eo spectat, ut homines loco elato, quo positi sunt, dignos esse exhibeant, egregia probitate ornatos. Post argumenta, ut ita dicam, metaphysica (v. 13, 17.) Jacobus jam profert historicum,

Digitized by Google

idque gravissimum, cui monitionem adnectit seriam. — βυληθεὶς non merum volendi actum sed benignam e benigna voluntate ortam volitionem exprimit. Habemus Jacobum Aoristi amantem (I, 2, 12. II, 1—5, 18. IV, 7—9.) quem nostro loco cum praesenti commutare licebat (cf. Plat. Cratyl. p. 387. A. πότερον ἡμῖν τμητέον ἕκαστον ὡς ἂν ἡμεῖς βυλώμεθα καὶ ᾧ ἂν βυληθῶμεν.) At quasi ante τὸ ἀποκύειν consilium regenerandi a Deo captum, seu benignitate commotum Deum facit noster. (cf. Joh. VIII, 29. ὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατὴρ quod egregie W. p. 228. er hat mir ausserdem, daſs er mich sendete auch seine beständige Hilfe zugesagt.) — Verte: motu benigno ita βυλ. 2 Sam. XIII, 25. XX, 11. XXIV, 3. i. q. θέλων. v. a. θέλοντες ἀποδέχεσθε lubenter accipite Lys. orat. 18, 2. Col. II, 18. Utrumque verbum praepos. ἐν flagitare solet, sed βυλ. 2 Sam. XX, 11. sine illa positum est, et Jacobi hic mos est dicendi, ut verba praepositionibus privet (cf. ad. IV, 16.) Ad sensum Eph. I, 5. — ἀποκύειν parere, gignere (ut κύειν gravidum esse de utroque sexu Plat. Symp. p. 206. C.) Christianos abs Deo natos facit N. T. cf. 1 Joan. I, 29. III, 9. IV, 7. V, 1, 4, 18. Joan. I, 13. III, 3 — 8. cf. 1 Petr. I, 3, 23. ἀναγεννᾶν, 2 Cor. V, 17. Tit. III, 5. Jacobus jam v. 15. sese hanc loquendi rationem amare monstravit, fortasse etiam v. 17. πατὴρ ansam praebuit eandem continuandi. Ceterum ἀποκ. propter verba sequentia de institutione per doctrinam christianam accipiendum, de qua re Judaeis illa imago usitatur Talm. Sanhedr. Cap. II. fol. 16.

אמר רבו יונתן כל המלמד בן חבירו תורה מעלה עליו הכתוב כאילו ילדו שנ׳ ואלה הלדות אהרון ומשה׃

cf. 1 Cor. IV, 15. Philem. v. 11. Gal. IV, 19. Consentiunt hac in re Judaei cum Bramanis cf. Windischmann: Die Philosophie im Fortgang der Weltgeschichte, I, 2. p. 556. „Wer Jemanden die Wohlthat heiliger

Digitized by Google

Wissenschaft erweifst, sie sei klein oder grofs, der soll hienieden um dieser himmlischen Wohlthat willen Guru (verehrungswürdiger Vater) genannt werden. — Ein Brahman, welcher geistlich zeugt und vorgeschriebene Pflichten lehrt, wird dem Rechte nach der Vater eines alten Mannes genannt, ob er gleich selbst ein Kind ist" etc. —— λόγῳ ἀληθείας articulum ne desideres apud Jacobum (IV, 11, V, 17, 20.) W. 108. λόγ. ipsa institutio, disciplina 2 Cor. VI, 7. ἐν λόγῳ ἀληθείας. —— ἀλήθεια vera religio, verus Dei cultus, in quo ἡ πίστις (II, 1.) versatur, res christiana abs Deo profecta Joan. XVII, 17. 2 Tim. III, 8. —— εἰς τὸ finis τῦ ἀποκύειν i. q. ἵνα ὦμεν aut, ut essemus sc. ut nos geramus tanquam etc. aut (ὥστε) ita ut simus sc. tanto nos loco posuit regenerante sua doctrina, quod alterum profero, ita tamen ut illud non utique excludatur, quod versibus praecipue sequentibus longius exponitur. —— ἀπαρχὴ primum in qualibet re, tum res praecipua, medulla, 70 Num. XVIII, 12. ἀπαρχὴ = חלב. Primitiae Deo offerendae, ἀπαρχαὶ dictae, Lev. XXIII, 10. Deut. XXVI. 2 Num. XVIII, 12. eundem praestantiae sensum continent. Sic 70 Jerem. II, 3. ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ κυρίῳ ἀρχὴ γεννημάτων αὐτῦ, et Philo quoque Judaeos humani generis ἀπαρχὴν adpellat. Tum propter contextum tum propter additum τις nolim propriam et simplicem significationem vocis ἀπαρχὴ ad tempus trahendam hoc loco admittere. Etenim respicere tempus tantopere, quod illi primi essent vocati, vix apostolo dignum, (Matth. XX, 14.) vix ad concitandos animos satis aptum, vix illustrandae divinae benignitati idoneum; τις autem (W. 145.) μεταφορὰν indicat, „quasi" vertendum. Igitur ad tropicam significationem recurramus necesse est, quum ἀπαρχὴ sensu physico posita hoc addidamento τις semper careat 1 Cor. XVI, 15. XV, 20, 23. Praeplacet igitur de primitiis sacrificio-

Digitized by Google

rum cogitare, ad quas et Philo et Jerem. II, 3. alludunt. Pariter Rom. VIII, 23. οἱ τὴν ἀπαρχὴν τῦ πνεύματος ἔχοντες non sunt, qui primi spiritum acceperunt, sed qui dono spiritus quasi primitiae τῆς κτίσεως facti sunt. Eadem ex analogia τῶν αὐτῦ κτισμάτων tum ad creaturas universas tum ad homines imprimis traham, neque autem pro novis tantum seu regeneratis creaturis sumam, quod ii faciunt, qui ἀπαρχὴν ad tempus referunt. Quod enim Eph. II, 10. simpliciter ποίημα αὐτῦ ἐσμεν regenerationem significat, id ex ipso contextu redundat, quod a nostro loco abest. — κτίσμα = בריאה homo, Pirke Abhoth VI, 1. III, 13. IV, 8. I, 12. אוהב הברוית ומקרבן לתורה. Deus igitur benignus Christianos humani generis primitias, florem esse voluit. Qua sua se dignitate dignos exhibeant, jam singulis monet exhortationibus Noster. Similiter v. 4. ὁλόκληροι, τέλειοι de statu perfectae felicitatis et probitatis simul dicitur.

V. 19—26. Doctrinam, tantae dignitatis fontem, libenter ac placide excipiant, eique convenienter vivant, quum aliter nequeat fructus ille beatus carpi, omnisque alia θρησκεία inutilis existat. —— Ὥστε cum Imperat. Phil. II, 12. 1 Cor. III, 21. „Cum ad tantam evecti sitis dignitatem" [P.] sc. λόγῳ ἀληθείας, hac ipsa recte utamini, seu: Qua propter, ut vere sitis ἀπαρχὴ, id quod vos esse et jubet et juvat λόγος Dei gratia vobis concessus, huic morem gerite. —— ἀδελφοί μυ ἀγαπητοί cf. v. 2. v. 16. —— ἔστω cf. V, 12. = ἤτω· —— πᾶς ἄνθρωπος כל־איש cf. v. 7. (W. 146.) quisque sc. ὑμῶν. —— ταχὺς promptus, studiosus, βραδὺς lentus, imagine a pedibus desumta (Rom. III, 15. ὀξεῖς οἱ πόδες ἐκχέαι αἷμα,) et Judaeis (Sir. IV, 29. ταχὺς ἐν γλώσσῃ, V, 11. ἐν ἀκροάσει) et Graecis usitata (Dio. O. 32. p. 361. A. ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἂν ὑμᾶς ἐπήνυν βραδύ μεν φθεγγομένυς ἐγκρατῶς δὲ σιγῶντας·

γίνε πρὸς ὀργὴν μὴ ταχὺς, ἀλλὰ βραδύς.) [P.] Philo de conf. ling. 327. B. βραδὺς ὠφελῆσαι ταχὺς βλάψαι. — εἰς quoad, respectu cujus (Eph. III, 16.) seu potius ad aliquid agendum, — ἀκῦσαι. Quamvis de sensu dubitari nequeat, nempe de addiscendo (v. 22.) λόγῳ ἀληθείας, (ut aliâs, Gal. IV, 21., ἀκῦσαι νόμον ἐκ τῦ ςόματός τινος Test. Levi XII, p. 576.) caveas tamen vocem hanc λόγον putes grammatice subaudiendam. Sed Jacobus regulam istam generalem doctoribus suae gentis tritissimam ita hic subnectit, ut eam ad rem christianam imprimis valere moneat. De accusativo ad ἀκῦσαι desiderato vide v. 5. — Vi oppositionis τὸ λαλῆσαι quoque, quamvis per se regulam illam generalem absolvat, neque *docere* sit vertendum, ad λόγον, ad quem et versus sequens recurrit, spectare, (pariter ac τὸ ἀκῦσαι,) et hîc jam Nostrum tecte illos notare putamus, quos insani ac impii pruritus accusandos cap. III, 11. arguit. — βραδὺς repet. gravitatis caussa ex more consueto cf. 4. Ad sensum vide praeter loca jam citata Sir. V, 13. IV, 33. IX, 18. Prov. X, 19. XIII, 3. XVII, 28. XVIII, 19. Phil. quis rer. div. haeres p. 482. E. εἰσὶ μεν ὗν, οἷς ἀκύειν, ἀλλ' ὐ λέγειν εὐπρεπὲς, ἐφ' ὧν λέγεται: σιώπα καὶ ἄκυε. id. quod deter. potiori etc. p. 147. A. καί μοι δοκῦσιν οἱ μαθόντες λέγειν μεμαθηκέναι καὶ ἡσυχάζειν. Test. Nepht. III. p. 665. ὅτι σιωπῶντες ἐν καθαρότητι καρδίας δυνήσεσθε τὸ θέλημα τῦ θεῦ κρατεῖν. Pirke Abh. I, 4. שותה בצמא את־ דבריהם (sc. sapientium) III, 17. סיג לחכמה שתיקה VI, 7. (legem discit) העושה סיג לדבריו cf. Lucian. Demonact. 51. ἐρομένῳ τινὶ πῶς ἂν τις ἄριςα ἄρξῃ; ἔφη· ὧν καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκύων: Diog. Laert. Zeno VII, 23. διὰ τῦτο β ὦτα ἔχομεν, στόμα δὲ ἕν, ἵνα πλείω μὲν ἀκύωμεν, ἧττονα δὲ λέγωμεν. — ὀργὴ, ut tum ex opposito ἐν πραΰτητι v. 21. tum ex sequentibus III, 13 — 16. εἰ δὲ ζῆλον etc. IV, 2. πόθεν πόλεμοι etc.

Digitized by Google

patet, ira est e docendi illo gestitu orta, rixarum mater. Iracundia a Philone quoque inter vitia docentis recensetur leg. Alleg. 83. A. *τῶν γὰρ ὀργιζομένων ȣ̓ μόνον ἡ διάνοια ἀλλὰ καὶ τὰ ῥήματα ταραχῆς καὶ συγχύσεως γέμει — καὶ τȣ̃το ἔχει ὁ θυμὸς ἴδιον τὸ ψεύδεσθαι.* 85. B. *ἔρις δὲ μήτηρ ἐςὶ θυμȣ̃· παρ' ὃ καὶ οἱ Φιλονεικότεροι ἔν τε ταῖς συζητήσεσι κἄν ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις ῥᾶςα ὀργίζονται.* cf. Pirke Abhoth. II, 8. ולא הקפרן מלמד iratus nil docet, Pesachim fol. 66. כל הכועס. אם חכם הוא חכמתו מסתלקת ממנו ואם נביא הוא נביאותו מסתלקת ממנו: „iratus etiamsi sit sapiens, sapientia ejus ipsum deseret, et si sit propheta, prophetia eum deseret." Pirke Abh. V, 21. נפש רחבה תלמידיו של בלעם הרשה Anima iracunda pertinet ad discipulos mali Bileami. — Episcopum esse *μὴ ὄργιλον* Paulus quoque Tit. I, 7. postulat.

V. 20. Ab ira dehortans rationem addit per meiosin non sine quadam ironia vel, si mavis, oxymoro prolatam: ira enim justificationem, quam doctrina Christiana promittit, efficere non potest. —— *ὀργὴ* repet. cf. v. 4. *ἀνδρὸς* i. q. *ἀνθρώπȣ* cf. v. 7. deest artic. v. 8. —— *γὰρ* rationem adnectit v. 6. —— *δικαιοσύνη θεȣ̃* status ejus, qui est *δίκαιος ἐνώπιον τȣ̃ θεȣ̃*, id quod rei christianae peculiare est bonum, Deo probatus. Quantum mos illorum doctorum et audientium ab indole christianae, quam tractent, religionis abhorreat, auctor monet, irâ docentis neque sibi neque aliis *δικαιοσύνην* parari affirmans. Non enim dubium est, phrasin tritam *ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην* פעל צדק (Ps. XV, 2.) a Nostro profundiori quasi sensu imbui, eo scilicet, quem ex contextu redundare, et Jacobi nervosae dictioni tam bene congruere videmus. Quare addit *θεȣ̃* et simplex *ἐργάζεσθαι* mutat in *κατεργάζεται* — consumat, bringt zu Stande. (Quod codices nonnulli simplex verbum retinent id a consueta dicendi formula

Digitized by Google

profectum esse videtur.) Allusionem ad Siracidae I, 21. οὐ δυνήσεται θυμὸς ἄδικος δικαιωθῆναι quis supervideat?

V. 21. διὸ quare, colligit ex eo, quod v. 20. proposuerat. —— ἀποτιθέναι, deponere sensu metaph. exuere, abstinere ab aliqua agendi ratione cf. Rom. XIII, 12. Eph. IV, 22, 25. Col. III, 8. Saepe enim mores comparantur vestibus. Matth. XXII, 11, 12. Apoc. III, 4. Similiter Cicero ep. ad Atticum XVI, 5. abjicere. Jmaginem a veste desumtam retinet quoque vox ῥυπαρία, sordes, ut patet ex II, 3. (Jes. LXIV, 6.) Vestes candidae mentis puritatem indicant, vestium lotio symbolice animi purgationem exprimit (Apoc. VII, 14. cf. III, 18. XVI, 15.) cf. ceterum Phil. de nom. mut. 1051. D. τίς γαρ ὡς ὁ Ἰώβ Φασι καθαρὸς ἀπὸ ῥύπȣ· κἂν μία ἡμέρα ἐϛιν ἡ ζωὴ, ἄπειρα μέν ἐϛι τὰ καταρυπαίνοντα τὴν ψυχὴν. [P.] Christianos imprimis ῥυπαίνει mos ille amori contrarius. —— καὶ περίσσειαν κακίας imago ista jam proprie exponitur non tamen sine novo tropo. —— καὶ exegeticum. Joan. I, 16. 1 Cor. III, 5. —— κακία propter oppositum πρᾳΰτης cf. v. 4. morositas i. q. ὀργὴ Gehässigkeit, Feindseligkeit, invidia, רע עין Col. III, 8. ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν. Tit. III, 7. Sap. II, 21. Sir. IV, 10. Prov. XXVIII, 22; XXIII, 6. Oppositum τῷ ἀγαθῷ, mansuetus (Tit. II, 5. 1 Petr. II, 18.) —— περίσσεια aliâs abundantia. Rom. V, 17. 2 Cor. VIII, 2. quod in nostrum locum non quadrat, quum neque nimiae κακίας lectores accusare neque τὸ ἄγαν τῆς κακίας tantum rejici Apostolus velit. Jn subsidium ergo vocandus Philo, qui ramos in arboribus abundantes, luxuriantes, περιττὰς Φύσεις adpellat, de vict. p. 854. B. περιτέμνεσθε τὰς σκληροκαρδίας, τὸ δ' ἐϛὶ, τὰς περιττὰς Φύσεις, ἃς — ὁ κακὸς ψυχῆς γεωργὸς ἐΦύτευσεν etc. Idem de somn. p. 1114. C. = πρόςθεσις, p. 1116. E. καθάπερ γὰρ τοῖς

Digitized by Google

δένδρεσιν ἐπιφύονται βλάςαι περισσαὶ, μεγάλαι τῶν γνησίων λῶβαι, ἃς καθαίρεσι καὶ ἀποτέμνεσι προνοίᾳ τῶν ἀναγκαίων οἱ γεωργᾶντες, ita animi libidines resecandae. Plut. de aud. phil. 42. monet, ἀποτίθεσθαι τὰ περιττὰ τῆς ψυχῆς. Constat arbores et plantas saepius in N. T. imagines hominum esse, v. III, 18. Matth. III, 10. Ἡ κακία igitur quasi φύσις περιττὰ (ein Auswuchs) resecanda est, quo fiat locus λόγῳ ἐμφύτῳ. Grammatice περίσσεια κακίας est, περίσσεια, scil. κακία, κακία, ἥτις ἐςὶ περίσσεια. W. 301. (Jmago haud dissimilis usitatur Koestro in libro: Pastoral-Grundsätze, p. 27. „Ob nicht nach dem Geiste des Evangeliums Alles an uns als Ueberbein erscheine.“) Morositas illa christianis indigna, eosque ῥυπαίνεσα, tanquam vestis sordida ac ramus luxurians est deponenda. —— πρᾳΰτης = πρᾳότης 1 Tim. VI, 11. „eam animi designat mansuetudinem, qua tradita accipimus ab omni contumacia et repugnandi cupiditate alieni“ [P.] —— ἐν non simpliciter pro σὺν; ipsi sint πρᾳεῖς, ἐν πρ. ἄνευ κακίας non tantum πρᾳῶς sine rixis, doctrinam, excipiant, monet, sed illo λόγῳ duce πραΰτητα exerceant, ut sit quasi constructio praegnans, cujus simile exemplum legitur 1 Thess. I, 6. δεξάμενον τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, ubi non tantum acceptio sed potius conservatio verbi cum gaudio excepti inter aerumnas propter illud perferendas Apostolo innuitur. (vid. ad II, 1. ἐν.) III, 13. item doctores πρᾳΰτητι uti jubentur. —— δέχεσθαι discere Act. V, 38. 2 Cor. XI, 14. 1 Cor. II, 14. Matth. XI, 14. Diod. Sic. προςηνῶς δέξασθαι τὸν λόγον. [P.] Aoristus pro praesente in re continua, quam quis facere solet. (cf. Matth. G. G. §. 502. 3. W. p. 228.) Sensus: iterum iterumque audite. Jungitur aoristus imper. cum praes. (IV, 7 — 11. V, 7 — 11.) ut sensu non facile differat, W. 262. —— ἔμφυτος dicitur ὁ λόγος (v. 18.) quia ipse quasi inseritur cordibus, (Deut.

Digitized by Google

XVII, 6. המת = occidendus, Matth. G. G. p. 420.) περισσεία ista κακίας exuendis. Haec imago illius Jacobo praebuit ansam, et altera alteram explicat. Rami luxuriantes resecandi, ut bonum semen inseratur. III, 18. Vide parabolam de seminatore Luc. VIII, 4. Matth. XIII, 3. Paulum 1 Cor. III, 6. ἐγὼ ἐφύτευσα v. 7. 8. 1 Esdr. IX, 48. ἐμφυσιοῦντες ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν, v. 55. ὅτι γὰρ ἐνεφυσιώθησαν ἐν τοῖς ῥήμασιν. 4 Esdr. IX, C. Ecce ego semino in vobis legem meam, et faciet in vobis fructum. — Qui acceperunt, perierunt, non custodientes, quod in eis seminatum fuerat." —— τὸν δυνάμενον σῶσαι etc. qua conditione, mox docetur v. 22. ss. II, 14. ss. Λόγου pretium maximum et vis saluberrima hisce verbis describitur, cf. Joan. V, 24. ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. —— σῶσαι (aoristus inf. de re futura at certe eventura W. 274.) proprie de salute per Christum parta et ad animi statum aeternum spectante (IV, 12.) dicitur, Joan. XII, 47. 1 Tim. I, 15. Hebr. VII, 25. Tit. III, 5. Cave igitur pro mera sumas circumscriptione pronominis personalis τὸ τὰς ψυχὰς ὑμῶν· animi enim proprie res agitur, cf. V, 20. adde Matth. XVI, 26. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Rom. I, 16.

V. 22. Doctrina autem, quae tanti est, primum, ut decet, studiose ac modeste addiscenda, tum autem observanda est. Alioquin vim, quam habet, salutiferam exserere nequit, nisi quis per vitam ei sit fidelis v. 22 — 25. —— δὲ ad versum praecedentem ita respicit, ut non satis esse, quod illic moneatur, velit, (I, 15.) sed accedere jubeat τὸ ἔργον v. 3. vertendum: *sed etiam*, propter oppositionem μὴ μόνον, quae apud Graecos τὸ καὶ exulare vult ex altero membro, (Herm. ad Viger. p. 837. Xenoph. Cyrop. I, VI, 16. οὐ τὰ χωρία μόνον ἀρκεῖ σκέψασθαι ἀλλὰ μνησθῆναι.) cui autem

Digitized by Google

praefixum est καὶ proprie redundans, solitum in comparationibus poni v. 23. III, 5. V, 8. 1 Cor. VII, 7. W. 487. —— ποιητὴς, qui aliquid efficit, perficit; exsequitur (i. q. ἐργάτης Luc. XIII, 27. 2 Macc. III, 16.) νόμυ IV, 11. Rom. II, 13. Gal. V, 3. (Josephus Jesum dicit Ant. XVIII, 3, 1. παραδόξων ἔργων ποιητῆ.) Alias τηρεῖν 1 Joan. I, 5. Ap. I, 3. —— ἀκροατὴς v. opp. qui tantum discit, neque percepta observat, audiisse satis ducens. Rom. II, 13. ἀκύειν Graecis saepissime = nosse (Heindorf ad Plat. Gorg. p. 503.) Judaeis ἀκύειν de addiscenda religionis doctrina dicebatur, quod in synagogis libri sacri praelegi solebant (Act. XV, 21. cf. Apoc. I, 3. ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκύοντες τὺς λόγυς.) Matth. VII, 24. πᾶς ὅςις ἀκύει μυ τὺς λόγυς τύτυς καὶ ποιεῖ αὐτὺς etc. Alludit fortasse ad nostrum locum Porphyrius de obstin. p. 99. δι' ἔργων ἡμῖν ἡ σωτηρία, ὐ δι' ἀκροάσεως λόγων. [P.] Haec Jacobi admonitio ad Christianos pertinet, sapientiae avidos, (5. III, 15. s.) et scientia sua in vanam ostentationem ac ζῆλον πικρὸν (III, 1. 16.) abutentes, πίςιν quam jactabant, vita obedientiâ destitutam, (II, 14.) σοφίαν igitur δαιμονιώδη (III, 15.) habentes. Quare illos primum modeste audire ac discere, tum studiose observare jubet. Illud vitium inter Judaeos interdum reprehenditur. Pirke Abhoth. II, 17. לא המדרש עקר אלא המעשה „non interpretatio (scientia scripturae) maximi pretii est, sed actio.“ III, 11. Phil. de praem. et. poen. 923. B. τίς γὰρ ὐκ ἂν εἴποι καὶ τῶν φύσει βασκάνων, ὅτι σοφὸν ἄρα γένος καὶ ἐπιςημονικώτατον τῦτ' ἔςιν, ᾧ τὰς θείας παραινέσεις ἐξεγένετο μὴ κενὰς καὶ ἐρήμυς ἀπολιπεῖν τῶν οἰκείων πράξεων, ἀλλὰ πληρῶσαι τοὺς λόγους ἔργοις ἐπαινετοῖς. E profanis adscripsere nostro loco: Seneca epist. 108. „Sic ista discamus, ut, quae fuerunt verba, sint opera.“ Eadem sententia iisdem fere terminis occurrit. Rom. II, 13. Luc. VI, 46.

seq. Matth. VII, 22 — 28. Res christiana, quum vitam totam spectet, eique emendandae, renovandae, in alium et recentem prorsus statum evehendae sit destinata, solam sui notitiam satis habere nequit. Qui ita se gerunt, quasi haec sufficeret, ii decipiuntur, falso calculo utuntur, male supputant, verrechnen sich; 2 Col. II, 1. —— *παραλογιζόμενοι ἑαυτȣ̀ς* cum *ἀκροαταὶ* intime jungendum, ii sunt deceptores sui (*ἑαυτȣ̀ς* personâ tertiâ), quales ne sitis. Alias enim participium praesens torqueretur in modum conditionalem.

V. 23. Jam causa dicitur et exemplo illustratur, cur, qui in sola cognitione acquiescat, sese ipse fallat, salutem inde sperans, quippe quae nonnisi obedientia verbo praestanda acquiratur. —— *εἴ τις* etc. consueta formula cf. v. 26. III, 2. pro: *ὁ γὰρ ἀκροατὴς καὶ ȣ̉ ποιητής.* —— *ȣ̃τος* subjectum pluribus verbis aut tota sententia constantem repetit cum gravitate, III, 2. W. 139. —— *ἔοικε*, de tempore W. 223. Soli Jacobo dicitur in N. T. v. 6. —— *πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτȣ̃*, constructio hebraea, facies nativa; eundem genitivi usum habebis iterum v. 25. V, 15. Ceterum *πρόσωπον* (v. 11.) non ad faciem tantum ac vultum, sed ad omnem corporis formam trahas. Eustath. in Odyss. p. 663. 25. *τὴν εἰκόνα τȣ̃ ἐκ γενέσεως προσώπȣ διαγράφειν·* [P.] —— *κατανοεῖν* fortasse despicere, deorsum spectare, nebenbei bemerken. —— *ἔσοπτρον* speculum, e lapide polito constans aut e vitro, non suspensum sed mensae impositum. Ὁ *λόγος* est quasi speculum, e quo nativa cujusque forma et habitus animi relucet.

V. 24. *κατενόησε* repetitio vividam narrationem efficiens Jacobi ad morem v. 4. Aoristum illustravimus ad. v. 11. —— *γὰρ* non est similitudinis comprobatio, sed imaginis historice propositae inchoatio vid. v. 11. (Si, quod subtilius foret, *τὸ ἦν* eo sensu velles sumere, qui apud philosophos, (v. c. Aristotelem *τὸ*

Digitized by Google

τί ἦν εἶναι) haud raro occurrit, de esse ideali, et verteres: qualis esse debeat, ut πρόςωπον τῆς γενέσεως speciem vitae quasi perfectam et absolutam, personam a natura cuique destinatam, designaret, tum eandem ad unguem haberes imaginem v. 25. quod vero non opus est, ut quaeras.) Jacobus elegantius primum λόγον tanquam speculum repraesentat, macularum proditorem, deinde tanquam exemplar vitae egregie ac perfecte instituendae. — Cf. Plut. de aud. phil. p. 42. ὁ γὰρ ἐκ κερείου μὲν ἀναςάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραςῆναι, καὶ τῆς κεφαλῆς ἅψασθαι, τὴν περικοπὴν τῶν τριχῶν ἐπισκοποῦντα καὶ τῆς κόρας τὴν διαφορὰν· ἐκ δὲ ἀκροάσεως ἀπιόντα ἢ σχολῆς ἐκ εὐθὺς ἀφορᾷν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν καταμανθάνοντα τὴν ψυχὴν εἴ τι τῶν ὀχληρῶν ἀποτεθειμένη καὶ περιττῶν ἐλαφρότερα γέγονε καὶ ἡδίων; οὔτε γὰρ βαλανείου, φησὶν ὁ Αριςων, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐςιν. Modo haud dissimili Philo de migr. Abrah. 403. C. καὶ τὰ κάτοπτρα ἑαυτῶν συγκαθιερῦσιν εἰς τὴν τοῦ λουτροῦ κατασκευὴν, ἵν' οἱ μέλλοντες ἱερουργεῖν, χεῖρας καὶ πόδας ἀπονιπτόμενοι, τὰ ἐχειρήματα οἷς ἐφορμεῖ καὶ ἐνίδρυται ὁ νοῦς, ἐνοπτρίζωνται ἑαυτοὺς κατὰ μνήμην τῶν ἐσόπτρων ἐξ ὧν ὁ λουτὴρ δεδημιούργηται.

V. 25. παρακύψας incurvatus, incumbens, verbum ad imaginem speculi humi aut mensae impositi adaptatum, curam diligentiorem innuens quam (23.) κατανοεῖν· 1 Petr. I, 12. Luc. Revivisc. ἐπειδὴ παρέκυψα εἰς τὰ ὑμέτερα. —— νόμος dicitur idem ille λόγος, δυνάμενος σῶσαι propterea, quod obedientiam exigit, nec nisi agentibus vere est saluti, Gal. VI, 2. νόμος χριςοῦ. — τέλειος, quia et per se est perfectissimus, lege certe Mosaica multo antiquior (cf. Matth. V — VII.) et τέλειον ἔργον I, 4. II, 10. III, 2. postulat, et ejus perficiendi facultatem praebet. Judaeochristianis istis, pigrae cuidam pietati deditis, Evangelium tanquam νόμον τέλειον exhibere tanto aptius potuit Noster, quum esset

Digitized by Google

Judaeorum spes, fore ut Messias legem quasi restitueret ac perficeret (Matth. V, 17. ss. Jerem. XXXI, 31. ss. Midrasch Schir Haschirim ad II, 3.
— אמר ר׳ חייא סמוך לימות המשיח דבר גדול בא לעולם והתורה חוזרת לחרושה ומתחדשת לישראל:)
—— *τὸν τῆς ἐλευθερίας.* articulus *τὸν*, quo caret substant. *νόμον*, proponitur propositioni adjectivae tum, cum notio adjectiva summam, de qua agitur, continet, et aut accuratiorem aut emphaticam notioni substantivae addit definitionem. W. 122. Hoc loco id sibi vult: *νόμος* est *τέλειος*, quod est *νόμος τῆς ἐλευθερίας*, vertendum igitur: scilicet. *νόμος τῆς ἐλευθερίας* est *ὀξύμωρον*, ingeniose compositum, ad illos legis et *θρησκείας* amatores spectans, quorum perversitatem, eam praecipue, qua legem accurate didicisse satis haberent, Jac. tota hac epistola perstringit. Eandem legis judaicae oppositionem Paulus contra legis studiosiores informat Rom. III, 27. *διὰ νόμου πίστεως*, Gal. VI, 2. *νόμος τοῦ χριστοῦ*. Ceterum *ὁ λόγος* (21.) revera est *νόμος*, (Gal. V, 14. Joan. XIII, 34.) *ἔργον* desiderans (4.), scilicet *ἀγάπην* Gal. V, 6.) Est autem *ἐλευθερίας νόμος*, spontaneum spiritum requirens, eumque afferens, a servitio peccati in libertatem vindicans. Itaque opponitur *ζυγῷ δουλείας*, legi veteri (Gal. V, 1.) tanquam *ἐλευθερία*, *γράμματι* tanquam *πνεῦμα* (2 Cor. III, 6.) *νόμῳ τῆς ἁμαρτίας καὶ θανάτου* tanquam *νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς* (Rom. VIII, 2.) — Jam Judaeorum sapientibus lege libertatem parari persuasum erat ex. gr. Phil. Quod omnis probus liber 871. A. — *καὶ τῶν ἀνθρώπων, παρ᾽ οἷς μὲν ἂν ὀργὴ καὶ ἐπιθυμία, ἤ τι ἄλλο πάθος, ἢ καὶ ἐπίβουλος κακία δυναστεύσῃ, πάντως εἰσὶ δοῦλοι· ὅσοι δὲ μετὰ νόμου ζῶσιν, ἐλεύθεροι* etc. adde Pirke Abhoth. III, 6. Dictum R. Nechunja כל־ המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ: i. e. Quicunque in se succipit jugum legis, ab eo remove-

tur jugum tyrannidis et vitae terrenae (cupiditatum.) — καὶ παραμείνας, artic. deest (IV, 11.) Retine imaginem speculi, cui ὁ παρακύψας adstare pergit finem τοῦ κατανοῆσαι persequens. Sicut ὁ ἀπελθὼν is est, qui quae audiverat, exsequi negligit, ita ὁ παραμείνας fidelis est legis cognitae observator, aptissime ita dictus quum μένειν, ἐμμένειν sensu tropico de observantia legis constanti saepissime legatur Gal. III, 10. cf. Act. XIV, 22. Hebr. VIII, 9. vide Win. ad. loc. priorem. — οὗτος, jam incipit ἀπόδοσις repetito gravitatis caussa subjecto (v. 23. Matth. XXIV, 13.) quod autem adpositione altera imaginem explicante et ad rem ipsam adplicante augetur. οὐκ — ἔργου. — ἐπιλησμονῆς, quid sibi velit hic genitivus, Jacobo usitatissimus II, 5. III, 6. V, 15. (W. 92.) patet e v. 24. ἐπιλησμονή, emphatice incuria, defectus praxeos, negligentia; cf. Xenoph. Mem. I. ὅταν τῶν νουθετικῶν λόγων ἐπιλάθηταί τις, ἐπιλέλησται καὶ ὧν ἡ ψυχὴ πάσχουσα τῆς σωφροσύνης ἐπιθυμεῖ· τούτων δὲ ἐπιλαθόμενον, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τῆς σωφροσύνης ἐπιλαθέσθαι. [P.] — ἔργου cave analogiam phrasis praecedentis huc extendas = ποιητὴς ἐργαζόμενος, non enim ἡ ἐπιλησμονὴ auditur, ut τὸ ἔργον perficitur; ἔργον v. 4. ποιητὴς (v. 22. λόγου,) hic audit ἔργου graviter, ut Schillero: der Thäter dieser That. — Jacobus opposita duo si sibi facere vellet accuratius invicem respondere, hanc oppositionem subjecti in apodosin redigere debebat; mavult autem, scopi, quem unice tenet, potius quam συντάξεως grammaticae memor, monitionis de fide vitâ praestanda pondus addita fructus beatissimi demonstratione extollere. — οὗτος subjectum longius remotum, quamvis priore jam οὗτος reductum, iterum excipit (v. 23.) Similis constructio est apud Phil. leg. alleg. III, p. 1093. C. οἱ δὲ, ὅσον μόνον παθεῖν τὸ θνητόν, οὗτοι δὲ εὐθὺς ἀγεσώθησαν. — μακάριος v. 12. — ποίησις = status ποιητοῦ, ἐρ-

Digitized by Google

γον, ἐργασία v. 4. ἐν per vitam suam ad normam τοῦ λόγε, τοῦ νόμου τῆς ἐλευθερίαν instituendam beatus erit, sed etiam *in* vita sua, ut ipsa actio sit beatitudo; (II, 1.) —— ἔςαι enim felicitatem non in tempus futurum includit, sed de praesenti pariter accipiendum, praesentem ac futuram beatitudinem promittit, cf. Rom. VI, 14. ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν ἐ κυριεύσει· ἐ γάρ ἐςε ὑπὸ νόμον perinde non amplius vobis dominabit etc. (v. W. 229.) Futurum ἀορίςως ponitur, possitque participium ὁ παρακύψας resolvi εἰ τις παρακύψει v. II, 10. — Ad sensum: Seneca ep. 75. Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit.

V. 26. — II, 13. quae sit vera ποίησις λόγε, docetur. Primum quidem ea non constat pietate illa, καθαρσίοις studente, sed interna virtute caritatis opera exserente. —— θρῆσκος religiosus חסיד singulari quadam pietate excellens, ab hominibus vulgaribus eximius, (לא עם הארץ חסיד Pirke Abh. II, 7.) Ex epithetis καθαρὰ καὶ ἀμίαντος v. 27. conjicio, de illa esse sermonem θρησκείᾳ, quam in accurata lustrationum observatione constantem putabant Judaei ac Judaeochristiani (Marc. VII, 3. seqq. Act. XI, 3. Epiph. de Haeres. II, 15, 16. Clem. Hom. XI, 1, 22, 28, 30, 33.) in qua vituperanda multus est Philo ex. C. quod deter. pot. 159. μηδ' εἴ τις περιῤῥαντηρίοις ἢ καθαρσίοις χρώμενος διάνοιαν μὲν ῥυπαίνει τὴν ἑαυτε, τὸ δὲ σῶμα φαιδρύνει — μετ' εὐσεβῶν ἀναγεγράφθω. —— χαλιναγωγῶν fraeno ducere; imago ab equis desumta, (III, 3.) de compescendis linguis saepissime apud profanos obvia; cf. etiam Phil. de sacrif. Caini et Abelis 137. B. ἰσχύσαι — καὶ γλώττης — ἀφηγήσασθαι· πῆ μὲν γὰρ ὑπανιέναι δεῖ καθάπερ ἡνίοχον τοῖς ὑποζευγμένοις ταῖς ἡνίαις πῆ δὲ ἀντισπᾶν καὶ ἀναχαιτίζειν etc. de nom. mut. 1082. C. — ἢ συνόλως ςόμα καὶ γλῶτταν ἐπ' ὀλέθρῳ τινῶν ἀνέντα, οἷς χαλινὸν ἦν ἄμεινον περιθεῖναι καὶ δεσμὸν ἄῤῥηκτον. De omissi-

Digitized by Google

one articuli ante γλῶσσαν v. W. 111. Sensus est: Quicunque inconsideratius, intemperantius, neglecta vera animi pietate ac reverentia, loqui sustinet, is se ipsum decipit opinione suae probitatis quippe vanae. Nolim ad v. 13. sed potius ad v. 19. provocare, ut sit illa intemperantia linguae amoris proximo debiti violatio, id quod videtur postulari tum contextu nostri loci, caritatis exercitia extollente, tum copiosiore oriundorum e linguae abusu damnorum, expositione III, 9. seq. Ceterum paullo aliter ac versu praecedenti hoc nostro commate ordo syntactitus violatur, quum protasi adhuc adnectatur ea notio, quae ad apodosin pertinet, in eaque aliis verbis repetatur, quae constructio fortasse ex Hebraeorum more Participia pro Praesentibus ponentium provenit. Legendum igitur foret, ὅτος ἀπατεῖ τὴν καρδιάν αὐτȣ̃ καὶ μάταιος ἡ θρησκεῖα αὐτȣ̃, sive quod paene idem foret: ἀπατῶν καρδίαν ὥστε μὴ χαλιναγωγεῖν γλῶσσαν. Alterum hoc malim, quum alias quoque de linguae abusu et quidem recte dicatur, ἀπατᾷν τὴν ψυχήν. Oritur enim linguae abusus ex illa falsa sui existimatione, qua quis δοκεῖ τι εἶναι μηδὲν ὤν Gal. VI, 3. — Test. Nepht. III, p. 665. μὴ σπȣδάζετε — ἐν λόγοις κενοῖς ἀπατᾷν τὰς ψυχὰς ὑμῶν, quum potius tacendo, cordaque servando munda Dei voluntas teneatur — ὅτι σιωπῶντες ἐν καθαρότητι καρδίας δυνήσεσθε τὸ θέλημα τȣ̃ θεȣ̃ κρατεῖν. —— καρδία, cf. v. 22. ἑαυτȣ̀ς, pronomen personale circumscribit W. 137. Gal. VI, 3. φρεναπατᾷν. Si ita ἀπατῶν καρδίαν αὐτȣ̃ quoad sensum ad protasin trahimus, minime simplex est sequentium verborum μάταιος ἡ θρησκεία expositio, sed potius caussam denotat, cur ejusmodi hominis θρησκεία sit μάταιος, nempe quod is ipse illo linguae abusu vanam sui existimationem prodat. —— μάταιος hebr. ריק, inanis, nihili, nichtig, vanus, non modo effectu, factis carens, sed per se nihil.

Digitized by Google

Ejusmodi *δοκȢντος θρησκεία* nulla est; i. q. *νεκρὰ, καθ' ἑαυτήν*; II, 17. cf. 16.

V. 27. *Θρησκεία* rep. cf. 4. —— *καθαρὰ καὶ ἀμίαντος* non *notioni μάταιος* opponitur, sed formae illi *θρησκείας*, quam *μάταιον* judicat apostolus, quae scilicet lustrationes ac puritatem externam pluris justo aestimat. —— *παρὰ* - judice Deo ac patre pura i. e. revera pura, ideoque Deo accepta. Matth. VI, 1. Luc. I, 30. II, 52. 1 Petr. II, 4, 20. 2 Thess. I, 6, לפני Prov. XIV, 12. = *ἐνώπιον*. Phil. de mutat. nom. 1050. E. *τὸ εὐάρεστον ποιήσεις ἐνώπιον κυρίȢ τȢ θεȢ σȢ. οἷον, τοιαῦτα πράττε, ἃ γενήσεται ἐπάξια τȢ φανῆναι θεῷ, καὶ ἅπερ ἰδὼν ἀποδέξεται.* —— *τῷ θεῷ καὶ πατρὶ* judice eo, qui est Deus ac pater; *θεὸς*, quasi adpellative ponitur, ut saepe, cum adjungitur voci *πατρί*. (v. ad. 1.) Involvit notionem benigni, quam nomen *πατὴρ* distinctius exprimit, quum *ὁ κύριος* sit majestatis vocabulum. Quare Jesus, quo majestas ejus celebretur, semper *κύριος* audit, et Philo Dei nomen explicat *ἀγαθότης*. (de Somn. 589. D. de nom. mutat. 1047. *ὁ θεὸς γὰρ ἀγαθότητός ἐςι τȢ αἰτίȢ ὄνομα*· leg. Alleg. 74. B.) Deus hic pater adpellatur tanquam bonitatis exemplar, mortalibus imitandum, quae imitatio praestat rituum observationi *ἀκριβεῖ*. Matth. XXIII, 23. Luc. VII, 11, 12. —— *αὕτη ἐςὶν ἐπισκέπτεσθαι*. Infinitivus exegeticus, pronomini subjectus (W. 263. cf. 139.) —— *ἐπισκέπτεσθαι*, Matth. XXV, 36, 34. פקד visitare, curare. Exod. II, IV, 31. 1 Sam. II, 21. —— *χῆραι καὶ ὀρφανοὶ* sunt positi pro iis, qui opem indigent. Ps. LXVIII, 6. Jes. I, 17. Deut. XXVII, 19. Sir. IV, 10. *γίνȢ ὀφανοῖς ὡς πατὴρ καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν.* Philo de victimas offerentibus p. 854. D. *'Αλλ' ὅμως ὁ τοσȢτος ἐν ἀρεταῖς καὶ δυνάμεσιν ἔλεον καὶ οἶκτον λαμβάνει τῶν ἐνδείας ἀπορωτάτων, Ȣκ ἀπαξιῶν γενέσθαι κριτὴς — ὀρφάνοις καὶ χήραις* etc. 4 Esdr. II, 6. Viduam

Digitized by Google

justifica, pupillo judica. Sibyll. II. p. 221. (ed. Dallaeus) ὀρφανικοῖς, χήραις, ἐπιδεομένοις τε παράσχε. Pharisaei speciem pietatis protendentes viduas opprimebant. Matth, XXIII, 14. —— θλίψις (θλίβω) pressio, angustiae, calamitas, et quae inde sequitur, sollicitudo. —— ἄσπιλος, sine σπίλω, macula carens 1 Petr. I, 19. 1 Tim. VI, 14. = ἀμίαντος. —— ἀπὸ τῦ κόσμυ, propter oppositionem, quam J. hoc loço innuit (v. 26.) κόσμος omne id est, quod animi paritatem maculat, mundi immunditiies, omnia terrena, quatenus peccandi illecebras afferunt (IV, 4. Joan. XV, 19. XVII, 16.) Deus et mundus sibi repugnant IV, 4. 2 Petr. I, 4. Ad sensum cf. Ps. IV, 6. L, 14. Jes. LXVI, 3. Joan. XVII, 15—23. Rom. XII, 1—21. 1 Joan. II, 8—11. 15—17. Gal. V, 22. Isocrates ad Nicocl. p. 36. [P.] Ἡγῦ τῦτο εἶναι θῦμα κάλλισον, καὶ θεραπείαν μεγίσην, ἐὰν βέλτισον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς.

CAP. II.

V. 1. Alterum, quo amoris violetur lex, Noster notat vitium, (— 4.) ab eoque dehortatur graviter (— v. 7.) Locupletiorum enim hominum studiosiores et obsequiores, pauperum incuriosiores fuisse lectores videntur, qui personarum respectus male Christianis convenit. —— ἀδελφοί v. I, 16. —— μή, partic. interr. (ut v. 15. III, II. 14.) interrogationis formam sensus gravitas flagitat, et contextus (v. 5, 6, 7.) probat. —— προσωποληψία ex hebr. נשא פנים favorem et neglectum indicat propter externas virtutes aut defectus aliis praestitum Sir. IX, 1. Pluralis numerus ad praxin τῆς προσωποληψίας iteratis hujusmodi actionibus a multidudine quadam editis constantem referendus est, cf. III, 3. 2 Cor. IX, 12. Gal. III, 20. Joan. IX, 34. 2 Petr. III, 12. Jud. 18. (W. subtilius disputat p. 161.

Digitized by Google

Plurales ejusmodi rariores Graecis haud alienos congessit Bremi exc. VII, ad Isocr. Orat. I. p. 210.) —— ἐν praepositio status interni, animi dispositionis et *agendi rationis*, (W. p. 330.) 1 Tim. IV, 15. quasi scriptum sit ἐν προσωποληψίαις ὄντες. Nos: bei Parteilichkeiten, cf. 2. IV, 16. 1 Thess. I, 7. δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ μετὰ χαρᾶς. Ita ἐν Χριστῷ Gal. II, 4. Plat. Gorg. c. VII. ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει (sc. ὢν) δῆλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρὸν. —— ἔχειν cf. 14. 18. III, 14. Matth. XXI, 21. ἔχειν τὸν τοῦ θεοῦ φόβον· Test. Jos. XI. Graeci dicunt: τέχνην, ἐπιστήμην ἔχειν de iis, qui aliquam artem et scientiam profitentur atque exercent. cf. Isocr. de pace p. 159. —— πίστις, aliter ac I, 6. religio Christo debita (I, 3.) persuasio interna de Jesu Messia, qua quidem implicitata sunt omnia a Paulo hoc vocabulo insignita, Christianorum verum et praeclarum κτῆμα, v. 5. — τοῦ Genit. obj. W. p. 156. —— κύριος cognomen Christi (2 Cor. III, 17. VIII, 20. 1 Cor. XV, 27. etc.) tum ob divinam naturam (Matth. XX, 24.) tum ob munus ipsi competens (Act. II, 36. Phil. II, 11.) —— τῆς δόξης non ad Χριστοῦ pertinet, quod hoc loco est nomen proprium, sed ad κυρίου (1 Cor. II, 8.), cujus vis augetur apposito hoc divinae majestatis vocabulo Ps. XXIX, 3. Act. VII, 2. Duo genitivi diversae relationis haud raro ab eodem nomine pendent W. 161. Coram Christo omnium domino externa hominum discrimina, προσωποληψιῶν ansae, evanescunt. Parum igitur Christianos decet ista agendi ratio. (cf. III, 10.)

V. 2. γὰρ nempe v. I, 11. —— εἰσέλθῃ Conj. post ἐάν W. p. 240. Aoristus rem quasi gestam pingit. —— συναγωγή locus conventus voce a Judaeorum concionibus עדה, קהל ad Christianas translata privatis in parietibus habitas (Rom. XVI, 4.) Heb. X, 25. ἐπισυναγωγή. Test. Benj. XI, p. 747. ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν ἐθνῶν.

Digitized by Google

Act. XV, 11. XVI, 13. προσευχή, quod nomen est minorum synagogarum. Initio fortasse ipsae Judaeorum synagogae Christianorum quoque usui inserviebant, qui quidem, Mosaicae quoque legis cultores, ab illis parum distabant, nisi quod Jesum Messiam putarent. (v. 3. ὑποπόδιον suppellectile synagogis proprium, quarum quidem sedes inter auditores erant distributae Vitringa de Syn. Vet. I, 1. p. 191.) —— ἀνήρ cf. I, 8. —— χρυσοδακτύλιος, ἅπ. εἰρημένον, Lucianus, v. Tim. p. 100. πορφυροῖ καὶ Χρυσόχειρες. Arrianus in Epict. I, 22. ἥξει ἀνὴρ πολιὸς, χρυσοῦς δακτυλίους ἔχων πολλούς. Seneca Natur. quaest. VII, 31. „Exornamus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur." —— ἐν hoc loco proprie non = cum, ut 1 Joh. V, 6. 1 Cor. IV, 21. sed = in sc. in veste ὤν, quod adscribas W. p. 329. conferasque M. Gr. Gr. p. 1140. Matth. XI, 8. ἄνθρωπος ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένος. —— λαμπρὸς de vestibus = albus, elegans, nitidus, Luc. XXII, 11. Theophr. Char. 21. λαμπρὸν ἱμάτιον. Posidonius: ἐξῄει χλαμύδα λαμπρὰν ἐπισύρων, καὶ περικείμενος δακτυλίε χρυσίε. cf. Jac. V, 2. —— εἰσέλθῃ rep. v. ad 1, 6. Uterque introitus quasi praesens depingitur. Aperte hospites innuuntur, quos semper admittere conventibus sacris mos erat (1 Cor. XIV, 22, 23.) —— ῥυπαρὸς, sordidus, vilis I, 21. opponitur τῷ λαμπρὸς Philo de Jos. p. 541. D. οἱ δὲ ἀποκείραντες καὶ ἀντὶ ῥυπώσης λαμπρὰν ἐσθῆτα ἀντιδοῦντες — Artemidor 2, 3. ἄμεινον καθαρὰ καὶ λαμπρὰ ἱμάτια ἔχειν, ἢ ῥυπαρὰ. [P.]

V. 3. ἐπιβλέπειν sensu proprio: adspectare (cum reverentia et admiratione) Theophrast. Char. adulator: ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι. —— ἐπὶ praepositio localis = versus, (v. 14.) omnium oculi in divitem intrantem convertuntur. —— σὺ, vocativus; ponitur ante imperativum adhortantem, imprimis ubi de oppositione duorum (v. 18) agitur. —— κάθου pro

κάθησο W. p. 75. —— ὧδε, sc. loco insigni; αἱ πρωτοκλισίαι in Synagogis (Matth. XXIII, 6.) acceptae erant ambitiosis, multumque a Judaeis in hoc genere peccabatur. —— καλῶς, belle, honorifice scil. inter primos; Ael. Var. Hist. II, 13. ἐν καλῷ τοῦ θεάτρυ· —— ὑπὸ τὸ ὑποπόδιον unten an, *sub* scabello enim sedere nemo potest. Il. IV, 407. ὑπὸ τεῖχος sub muros, an die Mauern.

V. 4. καὶ a multis codicibus omittitur, quia raro apodosin incipit, (IV, 15.) quod Hebraismum olet, (Matth. XV, 5. Luc. II, 21, 27. VII, 12. Psalt. Sal. V, 15. ἡ χρηστότης ἀνθρώπυ ἐν φίλῳ καὶ — ἐὰν καὶ δευτερώσῃ, καὶ τοῦτό θαυμάσειας. 4 Esdr. IX, *cum* essem parans his, qui nunc sunt, antequam fieret seculum, in quo habitarent, *et* nemo mihi contradixit,) neque autem a lingua graeca prorsus abhorret. Lucian. bis accusat. 12. ὁπόσοι δὲ ἀποθέμενοι γραφὴν, πρὶν εἰςελθεῖν, ἀπέθανον, καὶ τούτους ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. Il. 198. Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν. —— οὐ interrogative v. 5, 21, 25. —— διακρίνομαι discernere, discrimen facere, statuere, quam significationem flagitat phrasis, quae sequitur, ad hanc vocem alludens (v. Jud. 22.) Passivum sensu medio accipiendum; W. p. 214. — aoristus vivide rem quasi actam exhibet I, 11. —— ἐν ἑαυτοῖς = in animis vestris (Rom. I, 19.) ita exponendum propter sequens διαλογισμῶν. —— καὶ ἐγ — κριταὶ idem fere quod διεκρίθητε, in illo διακρίνεσθαι = προσωποληπτεῖν vos gessistis judices (IV, 11.) eosque διαλογισμῶν πονηρῶν sc. oblitos τῆς πίστεως τοῦ κυρίου τῆς δόξης, quae nulla admittit ejusmodi discrimina; defectus πίστεως est πονηρία Heb. III, 12. καρδία πονηρὰ ἀπιστίας. Animis vestris male divitias pensi habetis. Genitivus qualitatis (W. 157. = πονηρῶς διαλογιζόμενοι,) Nostro amatus I, 25. III, 6.

Digitized by Google

V. 5. ἀκούσατε, formula adtentos animos requirens I, 16. Jacobus προσωποληψίας grave delictum exponit usque ad v. 9. idque tribus potissimum notat, primum quod ista agendi ratione denegetur pauperibus dignitas, a Deo ipsis adtributa ac destinata, (5, 6.) tum, quod illi ipsi locupletiores de re christiana male mereantur atque inclementer fratres tractent, Christumque conviciis laedant, (6, 7.) Denique legis de charitate communi per Christum non abrogatae sed auctae transgressionem fieri illa prosopolepsia. —— οὐχ nonne v. 4. —— ἐκλέγειν בחר Deut. XIV, 1, 2. Eph. I, 14. aoristus τὴν ἐκλογὴν tanquam unum repraesentat actum ante haec secula institutum. —— τοῦ κόσμου non est genitivus indigentiae, sed loci = ἐν τῷ κόσμῳ, (cf. V, 5.) = ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ 1 Tim. VI, 17. directe oppositum est: κληρονόμοι τῆς βασιλ. neque autem: ἐν πίστει. —— πλουσίους suppl. γενέσθαι (Deut. XIII, 1, 2.) sive εἶναι (Eph. I, 4.) Eandem constructionis brachylogiam habes Rom. VIII, 29. Phil. III, 21. v. W. p. 483. —— ἐν πίστει h. l. non: an Glauben, sed: im Glauben, cf. Luc. XII, 21. εἰς Θεὸν, 1 Cor. I, 5. ἐν αὐτῷ. Minime enim de eo agitur, pauperes ad uberiorem quasi fidem esse vocatos, sed opes illorum, τὸν πλοῦτον, constare fide, tum per se spectata, tum, quae spem felicitatis futurae contineat. Utique igitur fide sua habent pauperes, quo divites esse glorientur I, 9. (Test. Gad. VII. ὁ γὰρ πένης καὶ ἄφθονος ἐπὶ πᾶσι κυρίῳ εὐχαριστῶν αὐτὸς παρὰ πᾶσι πλουτεῖ.) —— κληρονόμος haeres, vox consueta, ab imagine υἱοθεσίας desumta, Rom. VIII, 15, 17. unde κληρονομεῖν Matth. V, 5. —— βασιλεία· tum beatitudo, tum infelicitas post mortem secutura in N. T. ad hanc imaginem refertur (I, 12. Matth. XXV, 34. V, 3. XIX, 28.) quae tamen non est mera imago. „Vix licet dubitare, Jacobum hic in memoriam revocare Christi carmen

Matth. V, 3. aut istud simile Matth. XI, 5. Luc. IV, 18.“ [S.] —— ἧς, attractio pro ἥν W. 141. —— ἐπηγγείλατο — αὐτὸν, I, 12. cf. Matth. XXV, 35. Jes. LXI, 1.

V. 6. ἀτιμάζειν despicatui habere, cum despicatu, incuria tractare, τὴν τιμὴν debitam (1 Petr. II, 17.) alicui denegare. Aoristus ad exemplum versibus 2—4. propositum (τὸν πτωχὸν) respicit; quare signum interrogationis post πτωχὸν cave ponas. — οὐχ cf. v. 5. —— οἱ πλούσιοι, cf. V, 1. errat, qui Christianos tantum hîc intelligere velit. „Ista exprobratio videtur satis declarare, istos divites nondum fuisse ipsos ex numero Christianorum; sed Judaeos forte peregrinos, qui pristino more synagogam urbis adibant, quae interea a judaizantibus Christianis tenebatur.“ [S.] Nondum erat, quam postea videmus, Christianorum et Judaeorum facta separatio. His illi se ipsi adnumerabant. Jesu tanquam Messiae pauperes initio soli nomen profitebantur. Joan. VII, 48. 1 Cor. I, 26. —— καταδυναστεύουσιν heriliter tractare, opprimere (Hesych. βιάζειν,) cujus duritiei et in Actis Apost. VIII seqq. et aliis locis obviae (1 Thess. II, 14.) subjungit exemplum. —— ἕλκειν trahere, rapere in jus, κριτήριον domus judicis, sic Act. III, 13. nonnulli codd.

V. 7. βλασφημεῖν maledicere, ne hoc verbum, quo sententia fiat accommodatior loco Rom. II, 24. dicere cogas: caussam, occasionem maledicendi praebere, quum contextus ipsos hostiles contra Christianos actus ac mores describat. —— ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς = nomen supra vos recitatum, sc. quo appellamini, (1 Petr. IV, 16. cf. 14.) nomen Χριστοῦ, 4 Esdr. X, 13. „et nomen, quod invocatum est super nos, pene prophanatum est.“ Sicut Judaei in circumcisione Jehovae sic Christiani in baptismo Christi nomen super initiandos invocabant. Just. Apol. maj. p. 93. Nomen Christi conviciis lace-

rari, Judaeis infestis solemne erat, quia ad blasphemandum leviores Christianorum impellebant Act. XXVI, 11. cf. Pastor Hermae Simil. VIII, 6. „hi sunt transfugae, ecclesiae proditores qui nefandis verbis dominum insectati nomen ejus negaverunt, quod super eos fuerat invocatum.“

V. 8. Prosopolepsia legis primariae violatio est, idque duplici ratione tum denegata τοῖς πτωχοῖς debita τιμῇ, tum specie probationis divitum saevitiis per istam adulationem praestitâ. Patet v. 8. nonnisi praeparari sententiam vers. 9. de qua proprie hic agitur. Saepe fit, ut coordinentur proposita, quorum sensus ullam aliam flagitat relationem, quorumque ultimum reverâ spectatur et a priori quod participialiter erat ponendum, quasi praeparatur: III, 7. γάρ, Sir. II, 5. Matth. XVIII, 21. Luc. X, 21. Gal. VI, 18. cf. impr. Matth. XXIII, 2, 3. (Quod suppleas W. p. 295.) Hoc loco autem forma oppositionis ejus, quod spectatur, gravitatem auget. — μέν τοι, igitur, ad priora respicit, quae sequentibus verbis judicari pergunt. Accuratius ad versus 9. sententiam pertinet = Prosopolepsia *igitur* legis primariae, quam servandam scriptura praescribit, violatio est. — τελεῖν = ἀποτελεῖν I, 15. II, 23. — νόμος = ἐντολή, praeceptum singulare, — βασιλικός princeps, praestantissimus, primarius. Philo astronomiam vocat βασιλίδα τῶν ἐπιστημῶν de congressu etc. p. 431. et p. 888. quod omnis probus etc. οὐδὲν βασιλικώτερον τῆς ἀρετῆς. Plato in Minoe citante Stobaeo serm. 42. τὸ μὲν ὀρθὸν, νόμος ἐστὶ βασιλικός. Maxm. Tyrius diss. 10. init. κάλλος βασιλικόν. De re cf. Matth. XXII, 39. Gal. V, 14. Rom. XIII, 9. — κατὰ τὴν γραφὴν = secundum locum, Schriftstelle — (Luc. XXIV, 27, 45.); est formula allegandi V. T. = שכתוב: Quum locus, ἡ γραφή, disertis verbis allegetur, νόμος βασιλικός articulo caret, quippe satis ista citatione defi-

Digitized by Google

nitus. Locus exstat Lev. XIX, 18. sequitur Noster vers. LXX. —— ἀγαπήσεις, Hebraeorum leges tempore futuro exprimuntur (W. p. 260.) —— καλῶς ποιεῖτε recte agitis, debitum facitis 2 Petr. I, 19. Act. XV, 29. εὐ πράξετε.

V. 9. ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε· vim quendum habet verbum ἐργάζεσθαι, = operari, perpetrari, ceterum idem sibi volens quod ποιεῖν, 13. V, 15. Plat. Phaed. 60. E. μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου, in bonam (v. I, 3.) et in malam partem usitatum, Matth. VII, 23. ἐργάζεσθαι ἀνομίαν, פעל און, Act X, 35. Marc. XIV, 6. Plat. Apol. p. 28. E. δεινά. —— ἐλεγχόμενοι — παραβάται, = ab ipsa lege transgressionis convicti, scilicet, quae omnes τοὺς πλησίον promiscue amari, neque pauperes negligi jubet. παραβάτης ita Symm. פריץ Ps. XVII, 5. Ezech. XVIII, 10. Solemne Hebraeis, vitam ac mores sub imagine viae ac itineris cogitare v. v. 10. I, 8. III, 2, 6. V, 19, 20. Quam ad rationem etiam Homerus: Il. I, 497. ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμαρτῇ.

V. 10. ὅλον τὸν νόμον = כל־התורה universam legem, nempe Mosaicam (v. v. 11.) qualem Christus eam interpretatur Matth. V, 14. ss. (v. v. 12.) Ceterum subaudi: aliâs = sonst = λοιπὸν, quam notionem, sequente particula πλὴν, cujus locum hîc tota propositio restrictiva πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, explet, contentam juxta voces ἄλλος, ὅλος et similes Graeci solent omittere. (W. 477.) Amant minus accuratam hanc dicendi formam N. T. scriptores. Matth. XIII, 12. Marc. X. 41. Joan. I, 11, 12. III, 32, 33. VII, 16. VIII, 15, 16. XII, 44. Gal. I, 19. —— τηρεῖν, tenere, servare, terere (?) = τελεῖν v. 8. Futurum rem designat mere hypotheticam v. 11. III, 2. W. 230. —— πταίειν כשל impingere, straucheln, III, 2. Polyb. p. 1307. μὴ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν (v. ad. v. 9.) —— ἐν

Digitized by Google

ἑνί, ἕν, unum, Ein Punkt. „Non de unico quodam facto intelligendum est, quod imbecillitati humanae tribui possit, sed de continua consuetudine (unam legem migrandi) a qua consilium et propositum non potest sejungi.“ [S.] —— γέγονε factus erit, sc. eodem ipso momento, quo illud committet, jam lata sententia est, Rom. XIV, 23. W. 224. —— πάντων est neutrum ut ἕν ἑνί· intelligenda autem sunt omnia praecepta, μέρη. Proverbium Judaeis tritum Jacobo adtingitur, quod mox dabimus. Clem. Alex. Strom. II, p. 798. item neutrum servat, quamvis femininum praemittit ὁ πάσας ποιήσας ἐντολὰς πταίσας δὲ ἐν μιᾷ γίνεται πάντων ἔνοχος. —— ἔνοχος reus, obnoxius = ὑπαίτιος Phavor, ὑπεύθυνος Hesych. = perinde est, ac si omnes violasset. Non enim singulae actiones taxantur sed animus, quo committuntur, cujus aut malitia aut bonitas ex uno facto comparet, quare flagitium unum culpam summam potest conciliare, neque mille aliis benefactis compensari. Schabbat (Plura apud Schoetg. et Wetsten.) fol. 70, 2.

שאם עשאן כולן בה עלם אחד חייב על כל אחד ואחד:

V. 11. Exempla e decalogo petita sed ad amoris exercitium probe spectantia sententiam modo propositam illustrant, — σῃς futur. v. ad v. 8. —— σεις fut. v. ad v. 10. —— νόμου legis in universum spectatae, quare etiam v. 9. non ἐντολήν τινα sed legem universim intelligas. Phil. leg. alleg. II, p. 105. c, D. οἱ φυγόντες τινὲς τὸ ἱεροσυλεῖν ἐξ ἰδιωτικῆς ἔκλεψαν οἰκίας, καὶ οὐκ ὄντες πατροτύπται ἀλλότριον ὕβρισαν; ἤτοι ἐξέρχονται μὲν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων εἰς ἕτερα δὲ εἰσέρχονται· τὸν δὲ τελείως ἐγκρατῆ δεῖ πάντα φεύγειν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ μείζω καὶ τὰ ἐλάττω καὶ ἐν μηδενὶ ἐξετάζεσθαι τὸ παράπαν· Test. Aser. II, p. 689. ἄλλος κλέπτει, ἀδικεῖ, ἁρπάζει, πλεονεκτεῖ καὶ ἐλεεῖ τοὺς πτωχούς· διπρόσωπον μὲν οὗτος τὸ δὲ ὅλον πονηρόν ἐστιν. Salvianus:

Digitized by Google

„Si enim pro arbitrio suo servi dominis obtemperarent, ne in iis quidem, in quibus obtemperaverint, obsequuntur. Quando enim servus ex Domini sui jussis ea facit tantummodo, quae vult facere, jam non dominicam voluntatem implet, sed suam.“

V. 12. In loquendo et agendo ita vos geratis, quomodo decet eos, qui ad legem libertatis sese judicatum iri sciant. —— λαλεῖτε dicendo quoque lex caritatis violari solet v. 3. I, 20, 21. III, 6—16. Matth. V, 22. Sap. I, 6—11. 8. διὰ τοῦτο φθεγγόμενος ἄδικα οὐδεὶς μὴ λάθῃ, οὐδὲ μὴν παροδεύσῃ αὐτὸν ἐλέγχουσα ἡ δίκη. cf. 16. Test. Gad. VI, p. 683. ἀγαπῶντες ἀλλήλους ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. —— ποιεῖτε cf. 1 Joh. III, 18. —— ὡς cave vertas: ut, et τῷ: οὕτως adnectas; tum enim ante μέλλοντες necesse foret articulus poneretur οἱ. Illi οὕτω duplici correspondet participium, cui ὡς adjungitur, μέλλοντες, eandemque habemus constructionem, quae aliâs pronomen demonstrativum praemittit infinitivo (I, 27.) = ita agite, scilicet tanquam judicium ante oculos habentes. Simplicius at frigidius illud οὕτω prorsus omitteretur cf. III, 6. Alex. Lycop. cf. 24. εἰ μὲν τὸ γνωστὸν καὶ τὸ γιγνῶσκον καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ λέγοντες ὁμόφωνα, οὕτως τοῖς — λέγουσι διαταστόμενοι οὕτω γε ἁλώσονται. —— ὡς μέλλοντες = persuasi, fore ut etc. v. W. p. 497. (quem hoc loco paullulum corrigas.) μελλ. non certitudinem objectivam sed proxime subjectivam tantum exprimit. Saepissime enim ad id, quod praecedit, referendum, neque autem de re absolute futura capiendum. (Col. II, ἥτις ἐστὶ σκιὰ τῶν μελλόντων = eorum quae tum temporis, ubi illa instituta mosaica vigebant, futura erant, rerum τοῦ Χριστοῦ.) —— διὰ praepos. instrumenti, W. 324. —— νόμος ἐλευθ. I, 25. Nempe lex libertatis minime a ratione reddenda liberat, imo bene agendi auxilia et incitamenta affert. —— κρί-

Digitized by Google

νεσθαι de sententia ante tribunal Messianum cuique accipienda dicitur 2 Cor. V, 12. Matth. XXV, 31. seqq.

V. 13. Ἡ articulus ante κρίσις positus probat, ἀνίλεως esse praedicatum. Judicium ei nulla misericordia erit temperatum, qui etc. Judaei duplicem fore in judicio mensuram narrant, מדת חדין et מדת הרחמים Hanc alteram sibi sperare non posse, qui ipse misericordiam laeserit. — ἔλεος benignitas, caritas re exhibita. חן. Matth. IX, 13. — ποιήσαντι cf. 9, aoristus pro futuro exacto. Sententia ipsa prorsus convenit dicto Christi Matth. XXV, 41—46. VII, 1, XVIII, 28—35. — κατακαυχᾶσθαι, gloriari, ovare, triumphum agere עלז הלל. articuli desunt in proverbiis I, 20. asyndeton dicti pondus auget. (III, 2. IV, 12.) Amat Noster praecipue opposita ἀσυνδέτως sibi jungere I, 27. III, 8. IV, 10, 11, 12. Humanitas, caritas factis probata de judicio facit securos, imo illud tanquam victrix insultat. (1 Cor. XV, 55.) Judaeis jam persuasum erat, amorem esse virtutum summam, sed mire passim vera haec sententia distorta est, Tob. IV, 11. Schol. ap. Matth. p. 21. ἡ γὰρ ἐλεημοσύνη τοὺς καθαρῶς αὐτὴν ἐργαζομένους ἐξαρπάζει τῆς κολάσεως ἐν καιρῷ τῆς κρίσεως παρὰ τῷ θρόνῳ ἑστῶσα τῷ βασιλικῷ. Sibyll. II, p. 224. (ed. Dallaeus) ῥύεται ἐκ θανάτου ἔλεος κρίσις ὁππότ' ἂν ἔλθῃ. Test. Zab. VIII. p. 641. ἔχετε εὐσπλαγχνίαν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἐν ἐλέει, ἵνα καὶ ὁ κύριος εἰς ὑμᾶς σπλαγχνισθεὶς ἐλεήσῃ ὑμᾶς. — Abhinc, quod prius singulis tantum exemplis illustratum erat. (I, 22 — fin. II, 1 — 13.) universali sententia comprehenditur et exponitur, fidem vitam sibi consentaneam postulare, qua deficiente illa mortua sit et nullius frugi.

V. 14. τί τὸ ὄφελος; quid juvat? was ist daran? ὄφελος apud Graecos de vera rei aut personae realitate et pretio usurpatur Pl. Rep. VIII, 567. B. ὅτου τι ὄφελος = in quo insit aliquid virtutis. v. 16.

Digitized by Google

1 Cor. XV, 32.; de articulo W. p. 91. —— πίστιν recte articulo caret = Glauben zu haben, quum revera non habeat ille τὴν πίστιν, v. 1. Ita omissio articuli jam quodammodo scriptoris judicium est. — ἐὰν λέγῃ W. p. 242. — λέγειν I, 13. — ἔχειν v. 1. — ἔργα I, 4. pluralis numerus, qui sibi valeat, explicatur v. 1. — ἡ πίστις sc. quam se habere dicit quidam operibus destitutus; haec enim articuli vis, ut nihil nisi ad priorem mentionem respiciat, (sensumque: talis involvat,) saepius in N. T. et apud Graecos notanda est. (W. p. 90. Matth. p. 551. Soph. Trach. 476. ταύτης ὁ δεινὸς ἵμερός ποθ' Ἡρακλῆ διῆλθε, amor talis, qualem narrasti.) — Ἡ πίστις igitur non est ipsa fides, sed fidei species, quam quis induit, λέγει ἔχειν. Fides in N. T. et in evangeliis praecipue primum animi dispositio est e paupertatis intimae sensu et fiducia auxilii orta, gratiam divinitus exhibitam recipiendi, tum autem ipsius gratiae plena acceptatio, animus operante Spiritu illa repletus ideoque ad reddendam aliis pie ac sincere amorem strenuus (δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη.) Sed quum hic animi status nonnisi ope doctrinae parari possit, (ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς Rom. X, 17.) ipsa veritas docendo proposita (1 Tim. IV, 1. VI, 10. 2 Tim. I, 5. Gal. VI, 10.) ejusque cognitio πίστις audit. Hoc sensu Noster de fide operibus carente disputat, qui tamen idem (I, 15.) fidei plenae, quam Paulus commendat benefactorum fontem, notionem cognoscit, et in ipsa hac disputatione fidem mere theoreticam (πίστις μόνον) non esse fidem perfectam (22.) demonstrat. Quod autem solam cognitionem fidei nomine adpellat, id ex usu eorum, quibus obloquitur, fecisse videtur. Judaeis enim persuasio mere theoretica πίστις dicebatur. —— σῶσαι I, 21. aoristus quasi pro futuro exacto positus. Respondet haec sententia priori τί τὸ ὄφελος, quae vera apodosis est propositi ἐὰν — ἔχῃ; grammatice autem hanc illi

Digitized by Google

jungere non opus est, praecipue quum sensus hujus nostrae sententiae non prorsus idem sit, sed definitior; τί τὸ ὄφελος sibi vult: hanc non veram ac realem esse fidem, nostra verba, ejusmodi fidem, quia nulla sit, nihil realitatis habeat, non esse salutis fontem.

V. 15. ἐὰν c. Conj. id notat, quod per se fieri potest, W. 242. —— δὲ rhetorice dictum, quod cave vertas: nempe (v. 18.) adversative potius sumendum, jam vero et errori isti, quasi talis fides possit salvare, quem defendi sibi fingit ab adversario scriptor, oppositum. (v. 18.) —— ἀδελφὸς ἢ ἀδελφή, (v. IV, 4.) e coetu Christianorum aliquis, qui arctissimo vinculo juncti, mutuis se auxiliis adjuvandi officio obstringuntur, 1 Joan. III, 17. 18. Quantum abhorreat ab ingenio Christianae fidei, δι' ἀγάπης ἐνεργουμένης, illa fidei jactatio, simplici hoc exemplo ad oculos demonstratur. —— γυμνοὶ de genere et numero v. W. 194. 298. Eadem imagine utitur Christus Matth. XXV, 36, 44. Propter v. 16. vertendum: misere vestiti. —— λειπόμενοι (I, 2.) ὦσι hac circumscriptione verbi status miserrimae conditionis longior significatur W. 294. —— ἐφήμερος = ἡ καθ' ἡμέραν ἀναγκαία τροφή Heliod. VI, 10.

V. 16. ἐξ ὑμῶν i. q. ἐν ὑμῖν (III, 18. IV, 1. V, 13, 14.) —— ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, formula salutandi et bona apprecandi לכו לשלום Jud. XVIII, 16. Marc. V, 34. Luc. VII, 50. VIII, 48. Act. XVI, 36. —— θερμαίνεσθε calefaciatis vos, (male vestitos) — χορτάζεσθε satiamini (esurientes) Phil. IV, 12. (Graecis de pecude dicitur a χόρτος.) —— δῶτε sc. ille τὶς ἐξ ὑμῶν v. 15. Oratio minus accurata, ut in affectu dicentis esse solet; qui quidem facillime patitur, τὸ: εἴ τις sumi collective, Joan. V, 16. Gal. VI, 1. 1 Cor. IV, 2 (Matth. Gr. Gr. II, 587.) —— τὰ ἐπιτήδεια, ἅπ. εἰρ. (1 Paral. XVIII, 2.) Gloss. ἀναγκαῖα (1 Tim. VI, 8.)

Digitized by Google

— τί τὸ ὄφελος v. 14. Quid verba ista humana prosunt, valent? Cave sic comparationem intelligas: ut benigna illa cohortatio nihil prodest egenis, ita sola fides, qui eam profitentur, nequit reddere salvos, sed potius: ut voces istae nihil sunt, effectu carent; sic fides operibus destituta nulla est, οὐδὲν ὄφελος, nihil habet realitatis.

V. 17. ὅτω sc. sicut invitatio vestra effectu caret, non est seria, non vera: ita etc. ἡ πίστις persuasio theoretica, quam illi vocant πίστιν, (v. 14.) νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτὴν in se ipsa mortua, nulla est; etenim tum locus verborum καθ' ἑαυτὴν tum sensus totius propositionis flagitat, ut ea cum praedicato νεκρὰ jungantur. Ejusmodi fides, quam illi jactitant, utique non est fides, sed fidei tantum mortua species ac umbra, quasi cadaver, (26.) cui deest vis vitalis. Plaut. Epip. I, 2, 3. Quid te retulit beneficum esse oratione, si ad rem auxilium *emortuum* est. [P.]

V. 18. ἀλλὰ propter apostrophen cum ἐρεῖ grammatice jungendum, (1 Cor. XV, 35.) ad negationem respicit, quam notio νεκρὸς involvit, quasi dictum foret: ista fides non est fides, *sed* dicat aliquis etc. Exempla afferuntur vivida oratione, quibus ἡ νέκρωσις seu nullitas fidei mere theoreticae demonstretur. (v. δὲ 15.) — ἐρεῖ futurum rei cogitatae W. 229, 230. Haec dicendi formula apud Platonem non infrequens. Dicat aliquis, ut demonstret, quam sit nihili fides illa: — σὺ apostrophe directa ad illum, qui v. 14. λέγει πίστιν ἔχειν. — πίστιν ἔχεις, interlocutor ad hominis errorem descendens fidem, quam profitetur, eum habere sumit, nempe, ut id ipsum, fidem hoc esse, refutet. Opponit ex mente adversarii πίστιν et ergα, mox probaturus, *cum* his illam adesse, sine operibus de fide vanam esse loquelam. Hac argumentandi ratione Noster, quantopere ipse fidem aestumet, satis declarat, nempe

Digitized by Google

ἔργα tanquam πίστεως documenta exhibens. —— δεῖξον, imperat. aoristi rem semel faciendam et brevi transeuntem designat, (III, 13. W. p. 262. seq.) ideoque vide, ne verbo δεικνῦναι tribuas significationem *exhibendi et manifestandi* (per vitam,) sed retine primam et simplicem: comprobare quasi ante judicem (argumentis e vitae ratione petitis.) —— χωρὶς τῶν ἔργων σου separatim abs tua vivendi et agendi ratione. ἔργα i. q. ἔργον I, 3. II, 14. Apoc. II, 2. Matth. V, 16. ἔργα enim neque ille habere diffitetur, qui solam fidem jactitat, sed ad ἔργα nihil hanc pertinere putat, hujus ἔργον, πρᾶξιν negligit. Nos qui hanc vocis: Werke universalem significationem minus tritam usu habemus, fortasse levi articuli omissione possimus vertere: ohne durch Thaten von dir. —— κἀγὼ equidem vero me fidem, quam tu maximi facis et quidem recte, habere ex ipsis meis factis ostendam. —— ἐκ, proprie: ex, non: in, per (v. III, 13.) Jam hoc versu ironice loquitur auctor, adversarium illa, quae sibi contradicit, jussione ad absurdum deducens. Auget ironiam sequente, quo fidem istam tantopere jactatam vel daemonibus infelicissimis competere monet.

V. 19. Σὺ rhetorica pronominis repetitio = tu ille, qui fidem habes; —— ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι· summa fidei Judaeorum, qua illi maxime superbiebant et supra ceteras gentes sese extollebant, Phil. leg. ad Caium p. 1008. B. Ἰουδαίους — δεδιδαγμένους ἕνα νομίζειν τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦ κόσμου Θεόν. Idem fidei Christianorum primus articulus. Pastor Hermae judaizans, mand. I, πρῶτον, ait, πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ὁ Θεός ἐστιν ὁ τὰ πάντα κτίσας cf. Eph. IV, 6. Hoc exemplo docemur, fidem, cujus pretium sufficiens Noster impugnat, minime fiduciam esse in Dei per Christi mortem restituta ac confirmata benignitate ponendam, sed persuasionem et cognitionem mere theoreticam, et quidem

Digitized by Google

eam, quae Judaeorum propria esset laus ac excellentia, Deum esse unum, Gott sei Einer. — καλῶς ποιεῖς (8.) quum jam versu praecedente ironiam quandam deprehendamus, haec quoque verba ita sumamus, necesse est; praeclari, egregii aliquid committis; — καὶ τὰ δαιμόνια, diaboli quoque, mali spiritus, de quibus multa est Judaeorum mythologia, qui et paganorum Dii credebantur 1 Cor. X, 20. e qua opinione hoc nomen δαιμόνιὰ in diabolos transferebatur. Ad utrumque hoc loco videtur alludi tum ad paganorum Deos, quibus ipsis illi jactatatores cognitione sua nihil praestent, tum ad daemonum eadem cum ipsis credentium sortem miserrimam. — φρίσσειν· trepidare comis erectis, tum etiam vehementer revereri, timere Lact. de ira Dei XXIII, 12. ἢ δὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα προπάντων, ὃν τρέμεται καὶ γαῖα καὶ ὐρανός, ἥ τε θάλασσα, ταρτάρεοί τε μυχοί, καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν (9.) Fortasse alludit Noster ad imprecationes daemonum, qui ex obsessis nomine Dei expelluntur (Luc. IV, 34. Act. XVI, 16.) aut ad judicium olim iis subeundum (Matth. XXV, 41. 2 Petr. II, 4. Jud. 6. Apoc. XX, 10.) Ejusmodi igitur fidem, quam diaboli quoque habeant, non esse veram, quum non reddat salvos.

V. 20. Quod adhuc rationibus quibusdam dialecticis disputatum est, id jam auctoritatibus biblicis confirmatur. Pergit ille sententiae verae defensor, qui v. 18. orsus erat. — γνῶναι perspectum habere, quasi ante oculos positum intueri, accurate cognoscere, „at fortasse biblico etiam voles exemplo videre?“ [S.] Etenim γιγνώσκειν, γνῶσις de accuratiore V. T. cognitione primum fuisse usurpatum, constat. — ὦ ἄνθρωπε cf. v. 18. 19. — κενός, vanus, qui, quum nihil sit, aliquid esse sibi videtur. Bene de eo dicitur, qui fructibus caret ac virtute, persuasione sua superbiens.

Digitized by Google

1 Thess. II, 1. Phil. II, 16. Gal. II, 2. ריקא Matth. V, 22. (Christus μωροὺς adpellat Matth. XXIII, 17, 19. et ἀνοήτους Luc. XXIV, 25. eos, cum quibus colloquitur, unde non vocem ipsam sed malevolam illa objurgandi consuetudinem interdixisse ipse putandus est.) —— νεκρός v. 16. Propter δὲ ante γνῶναι positum non possumus non eandem huic voci tribuere sententiam, quae versu 19. expressa erat; νεκρὸς igitur neque inutilis = salute carens, neque inefficax = operibus carens, quod perquam tautologice dictum foret, vertendum est, sed quasi simplex negatio est, fides non fides, nullius pretii, sine veritate. Id autem exemplis illustrissimus efficitur, fidem veram ac plenam factis exhiberi, et factorum fontem esse, quibus, quae careat, non esse fidem, sed quoddam fidei caput mortuum.

V. 21. Ἀβραάμ. Exemplum et tritissimum Judaeis et summae auctoritatis. Joan. VIII, 39. Rom. IV, 1. Gal. III, 6. Hebr. XI, 17 — 19. 1 Macc. II, 52. —— ὁ πατὴρ ἡμῶν, quo genere maxime gloriabantur Judaei Matth. III, 9. „Haec ipsa adpellatio ostendit, unice cum Judaeis hic agi." [S.] —— οὐκ part. interrog. v. 4. nonne? —— ἐξ ἔργων, ἐκ de causa efficiente, (Matth. XII, 37.) W. 315. —— δικαιοῦν, terminus technicus, e loco Gen. XV, 6. ortus, aliis quoque V. T. locis (Exod. XXIII, 7. Deut. XXV, 1. Ps. CXLIII, 2.) obvius, Jesu (Matth. XII, 37.) et imprimis Paulo (Rom. V, 18. X, 4. 1 Cor. I, 3. 2 Cor. 21.) et Lucae Paulino (Luc. X, 29. XVI, 15.) tritus. Philo leg. alleg. 103. δίκαιος ἐνομίσθη = ἐλογίσθη εἰς δικαιοσύνην. Sensus: Deo acceptum fieri et probatum, pro justo declarari. — Si verba tantum respicis, haec Jacobi propositio sententiae de justificatione per fidem paranda Paulo solemni aperte contradicit. At Noster non fidei ipsi sed fidei, qualem illi extollebant, τὰ ἔργα opponit, ἔργα πίστεως (I, 1. cf. 23.) —— ἀναφέρειν de sacrifi-

Digitized by Google

ciis usitatissimum i. q. προςφέρειν Matth. V, 23. Gen. XLIII, 26. etc. —— τὸ θυσιαςήριον, articulus non *notum* illud altare designat, sed ἀναφέρειν ἐπὶ τὸ θυσιαςήριον est = sacrificare, ad sacrificandum parare (Gen. XXII, 9.); quia una tantum notio his verbis exprimenda est, articulus poni debebat. Ita nos: ans Messer liefern, minime: an ein Messer liefern; in die Kirche gehen, minime: in eine Kirche gehen. Similiter τὰ ἀλλότρια πράττειν, ἔχειν Plat. Rep. 433. E. 443. D. Stallb. Abrahamus, qui propter fidem Deo habitam δίκαιος praedicatur, vere fidei facta edidit. Jam apud Philonem obedientiae illud insigne documentum mystico quidem sensu expositum celebratur tanquam fidei comprobatio (de migr. Abr. 409. C., leg. Alleg. 98. D., cf. 99. C.) quamvis effatum Dei δικαιοσύνην ejus ἐκ πίςεως praedicans alia prolatum sit occassione. Pariter locus 1 Macc. II, 52. inter τὰ ἔργα patrum hoc recenset, Ἀβραὰμ οὐχὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιςὸς, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, aperte id, quod postea factum est, priori benedictioni jungens, (cf. Gen. XXII, 1. seq. ἐπείρασε, et XV, 6.)

V. 22. Βλέπεις — id exemplo prodit demonstratum, ex illo quasi conspicitur. Phil. leg. Alleg. II, p. 85. C. D. ὁρᾷς πῶς ὁ τέλειος μελετᾷ· —— συνήργει cave premas praef. σὺν, quasi *cum* fide operata essent τὰ ἔργα, quum potius aut pro simplici verbo adhibitum sit compositum, aut Abrahamus ipse quasi cum fide operante exhibeatur factorum suorum auctor. Ratione haud dissimili τὸ σὺν loco 1 Thess. III, 2. συνεργὸν τοῦ θεοῦ non ad θεοῦ, sed ad ipsum loquentem, Paulum, spectat = participem operis Dei mecum. Philo de mundo 1165. E. τὴν αὐγὴν adpellat συνεργὸν ὀφθαλμοῖς εἰς τὴν τῶν ὁρατῶν ἀντίληψιν, quod adjuvat oculos ad videndum non quod cum illis videt. Dativus nostri loci id sibi vult, quod plerumque auxilio praepositio-

Digitized by Google

nis εἰς exprimitur. Simillimam constructionem habes Gal. II, 13. ὥστε καὶ βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει = ad earum simulationem. Fides ad opera exserenda fuit Abrahamo incitamentum, hat zu Werken mitgeholfen. Testem hujus interpretationis habemus Clem. Rom. qui Nostri verba ita explicat: δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστιν ποιήσας. (XXXI.) —— ἐκ — ἐτελειώθη. His verbis monstratur, quo pacto ἐξ ἔργων justificatus esse Abrahamus dici possit, nempe operibus fidem fuisse consummatam, ideoque veram ac vivam, brevi, eam, quae δύναται σῶσαι. —— τελειῦν perfectum reddere i. q. ἀποτελεῖν I, 15. 2 Cor. XII, 9. fides theoretica imperfecta est, I, 3., donec accedat praxis, consummatio δι' ἔργων· Facta ipsa nihil nisi fidei expressio et vita sunt, sicut ἡ ἁμαρτία perfecta est consummata ἐπιθυμία. Abrabamus ipse veram ac plenam se habuisse fidem factis obedientiae perfectae tanquam signis comprobavit, iisque τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως quasi complevit.

V. 23. καὶ ἐπληρώθη eo modo eventu comprobatum est, quod ante jam in testimonium animi fidelis dictum erat, = hac obedientia revera ἐπίστευσε τῷ θεῷ, ut in justitiam ipsi computari posset; — πληροῦται γραφὴ efficitur, eventum habet, quod scriptura dicit: Formula haec non semper vaticinum denotat impletum, sed saepissime, ut hic, nil amplius sibi vult, quam: accidit id, quod sacri auctores, etsi alio interdum sensu, aliave occasione, dicunt:" P. Quod auctor geneseos de Abrahamo Deo fiduciam habente, quum posteritatis immensae promissionem acciperet, notat, ipsum propter fidem Deo fuisse acceptum, id Noster ad insigne illud pietatis documentum trahit, et eodem hoc Abrahamum fidei veritatem comprobasse putat. —— ἡ γραφὴ = locus S. S. (v. 8.) Marc. XII, 10. Joan. XIX, 24. —— λέγειν — lauten IV, 5, 6. et sexcenties cf.

Digitized by Google

Marc. XV, 28. —— δὲ· LXX. habent καί. —— καὶ — ἐκλήθη non sunt verba τῆς γραφῆς sed argumentantis interlocutoris, ἐπληρώθη — καὶ ἐκλήθη = et propterea vocatus est amicus. —— φίλος θεῦ = δικαιωθείς. Ceterum Noster secutus est textum V. T. additamentis, quae Midraschim vocant, auctum. Alludit nempe ad Gen. XVIII, 17. ubi LXX. nomini Abrahami addunt παιδός μυ, Philo autem legit: φίλυ μυ (de his verbis resipuit Noe p. 281. μὴ ἐπικαλύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβ. τῦ φίλυ μυ, quod idem cognomen θεοφιλής, φίλος θεῦ apud eundem Moses saepe sortitus est. de Sacrif. Caini. 143. B. quod deterius pot. 162. C. Cf. etiam Jes. XLI, 8. 2 Chron. XX, 7. Arabes Abrahamum vocant Alchalito, amicum Dei.) Non esse dubitandum, quin unica illa nuncupatio Abrahami (Gen. XVIII, 17.) digna videretur, quam in eximiam viri laudem traheret Jacobus, e Petro discimus, qui 1 Ep. III, 6. pariter Sarrae virtutem laudat, quod dominum vocasset maritum, id quod semel dictum refertur Gen. XVIII, 12.

V. 24. ὁρᾶτε cf. v. 22, 20. Oblitus Noster, duos tantum sibi invicem obloqui disputatores, ad lectores omnes se convertit. Non ἔργα et πίστις sibi ita opponuntur, quod ex verbis possit videri factum, ut utrumque seorsim postuletur, sed ἔργα, tanquam fidei consummatio v. 22. et πίστις μόνον (ὅσα), ἔργοις destituta, diabolica. Ceterum bene sociatur Nostri sententia cum Pauli demonstratione eodem Abrahami exemplo nixa. (Rom. IV, 3. Gal. III, 6.) Ille enim nullius ante Dei vocationem praestiti facti merito justificationem parari, sed fide Deo justificanti habita, hic fidem non sine probitate per vitam exercenda eam esse, quam Deus justificatione ornare dignetur, contendit. Quod si alter alterum voluisset corrigere aut omnino respexisset, unum idemque e vita Abrahami factum, quo suam sen-

Digitized by Google

tentiam contra alterum defenderet, sumere debebat, alioquin nihil probatum foret.

V. 25. ὁμοίως δὲ καὶ pariter vero etiam, δὲ Jacobo tritissimum, ubi simplex spectatur copulatio (23.) Novum additur exemplum e sexu muliebri sumtum. —— ῥαὰβ, ἡ πορνὴ, meretrix Jos. II, 1. VI, 17. Nulla apud Hebraeos hac muliere insignior et naturae dotibus et gratiae donis a Deo impertitis. Vitae ante actae turpitudo neminem offendebat. (Meuschen ad Matth. I, 5. a Rabbinis quatuor mulieres specie excellentes recenseri dicit, Saram, Abigail, Rahab, Estheram. Item nostram nupsisse Josuae, ex eaque octo prophetas fuisse oriundos.) Tritum fuit exemplum divinae, quae poenitentes levet, misericordiae: „Dixerat ea, condonet mihi Deus mea peccata pro mercede funis, fenestrae et lini.“ etc. Quare auctori quoque ad Hebraeos epistolae hoc exemplum adhibetur (XI, 31.) ad fidei pretium extollendum; quippe quae eadem re gesta, quam Noster citat, manifestata sit. Constat in usu fuisse Hebraeorum doctoribus, ubi gravem aliquam sententiam probarent exemplis e vita petitis, viris insignibus diserte quoque mulieres adponere, ut sexum muliebrem eadem conditione esse ostenderent. Hebr. XI, 35. Phil. de nobilitate p. 908. E. verbis de Abrahamo factis ita pergit: ταύτην εὐγένειαν οὐ μόνον θεοφιλεῖς ἄνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐζήλωσαν, e quibus Thamaram excitat, exemplum nostris moribus haud minus absonum illa Rahabe. —— ἀγγέλους אנשים מרגלים Hebr. l. c. κατασκοποὺς. —— ἑτέρᾳ, alia via, quam qua venerant, quaque periculum erat. Voces hujus generis relativae haud raro id, ad quod referuntur, e contextu jubent subintelligi. 2 Petr. III, 4. ὄντω. ἑτέραις γλώσσαις λαλεῖν. Ita Pindarus Nem. IX, 110. εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἄρηται κῦδος, οὐκ ἔστι πόρσω θνατὸν σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν. Thiersch. Gr. Gr. §.

349. —— ἐκβάλλειν emittere Marc. I, 11. Matth. IX, 2. Partic. v. 21.

V. 26. Quantum Jacobus absit a sententia fidei adversaria haec gnome testatur, qua, quo sensu illud effatum teneri velit, explicat (cf. 22.) scilicet, sine operibus fidem nihil esse vivi ac veri, ideoque ad fidem perfecte agendam requiri opera. Comparatio satis quidem dura at, quid Noster velit ad eam adhibendam forte voce νεκρὸς jam usitata adactus, luculenter declarans. Fides, quae non vitâ probâ exercetur atque exhibetur, fides illa falsa, falsae invitationi (16.) similis, caput mortuum est, cadaver; vera vita hominis ut in anima sita est, ita vitae honestas fidem efficit vividam, ideoque veram. Epistola ad Hebraeos inversa comparatione opera fide destituta et legi servientia adpellat mortua (IX, 14.) —— γὰρ enim; non fide sola, theoretica, sed factis e fide ortis homo justificatur, (id quod exempla prolata docent,) *nam* sine operibus fides ipsa inanis est (v. I, 8.) —— τὸ σῶμα, quodvis corpus, (W. p. 90.); ante πνεύματος recte omittitur articulus, quum dici velit: sine *aliquo*, quod ei jungatur, spiritu. —— ἡ πίστις illa, de qua sermo est, λεγομένη, fides seu potius: omnis persuasio. —— τῶν ἔργων sine operibus ad eam pertinentibus; posito articulo interna fidei ad opera ratio indicatur.

CAP. III.

Eidem externae fidei mere theoreticae aestimationi cognatus est docendi pruritus, quem Noster Cap. I, 19. quum universim de vitae regeneratae religione ac constantia loqueretur, leviter notaverat. Optime jam quum singula quaedam vitia doctrinae christianae professioni absona, quae in vita communi committi solebant, castigata sint, et praxeos ad theoriam vera ratio delineata,

Digitized by Google

perversus iste ac noxius religionem docendi modus, rixarum et arrogantiae vel a maledicendo fratribus sibi parum caventis plenus, apostolica gravitate reprehenditur, omnesque ad submissum erga Deum animum evocantur (IIII, IV, 10.)

V. 1. Ne multi fiatis (tanquam) doctores = ne multi vestrûm doctores se gerant; eandem constructionem minus accuratam habuimus II, 16. τίς ἐξ ὑμῶν — δῶτε. —— πολλοὶ γίγνεσθαι multiplicari Gen. VI, 1. Deut. XXX, 16. Zach. X, 8. Ps. Sal. I, 3. ἐν τῷ με πολὺν γενέσθαι ἐν τέκνοις. Grammatice igitur πολλοὶ ad praedicatum pertinet, neque autem ad subjectum, ὑμεῖς, —— διδάσκαλος, quicunque alium docet, quod quidem jam mature singulorum apud Christianos curae demandatum est munus. (Act. XIV, 21—23. Eph. IV, 11.) Judaei docendi erant cupidissimi (Rom. II, 17. seqq.) quem pruritum in ecclesiam Christianam secum trahebant. Etenim doctorum summa auctoritas, summus honor fuit. Test. Levi. XIII, p. 576. ὃς γνώσεται νόμον θεοῦ, τιμηθήσεται — καίγε πολλοὺς φίλους κτήσεται καὶ ἐπιθυμήσουσι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων δουλεῦσαι αὐτῷ καὶ ἀκοῦσαι νόμον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ Sir. 39. —— εἰδότες considerantes (Joan. XV, 18. = (γινώσκειν.) —— κρῖμα judicium, saepissime quoad sensum, = κατάκριμα Rom. XIII, 2. Gal. V, 11. Matth. XXIII, 14. Marc. XII, 40. Luc. XX, 47. 2 Petr. II, 3. gravius judicium experientur, (nos: eine grössere Verantwortung.) —— λαμβάνω. v. II. cc. —όμεθα sc. nos, qui doctoris officio fungimur; cf. ad rem 1 Cor. III, 10, 13—15. ad formam communicativam 1 Cor. X, 6—9. etc.

V. 2. πολλὰ accusativus objecti remotioris, quum πταίειν per se sit intransitivum; ceterum usu Graecis communi neutrum plurale adverbialiter ponitur (W. 387.) —— γὰρ ad versus praecedentis sententiam pri-

mariam refertur (μὴ — ἔσθε,) cujus dehortationis causam ac rationem exponit (cf. I, 7.) —— πταίω II, 10. Omnes mortales peccata esse obnoxios jam Cohelet docuit, VII, 21. cf. Job. XIV, 4. Philo de vita Mos. p. 157. (Mang. II,) παντὶ γεννητῷ καὶ ἂν σπουδαῖον ᾖ, παρ᾽ ὅσον ἦλθεν εἰς γένεσιν, συμφυὲς τὸ ἁμαρτάνειν ἐστί. 4 Esdr. VIII. „Nemo est — qui non deliquit." Idem profani quoque confitentur. Max. Tyrius Diss. 26. τίς ἀνὴρ οὕτως ἀγαθὸς, ὡς διελθεῖν βίον ἀπταίστως; Arist. Rhet. ad Alex. 37. τὸ μὲν ἁμαρτάνειν κοινὸν πάντων ἀνθρώπων· Soph. Antig. 1023. ἀνθρώποισι γὰρ τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν. — Quum omnium vita delictis scateat, nemo rationem olim reddendam augeat munere isto temere suscepto, non sine ingentibus peccandi periculis agendo. Multi sunt Judaeorum doctores in dehortando a peccatis dicendo contrahendis. Prov. X, 19. Pirke Abh. I, 17. כל המרבה דברים מביא חטא —— εἴ τις propositiones Nostro nervose sine conjunctionibus saepe junguntur, (I, 8. II, 3. IV, 12.) —— ἐν λόγῳ, ἐν v. II, 10. in verbo, cf Ps. XXXIX, 1. Sir. XIX, 17. τίς οὐχ ἥμαρτησεν ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ. Evang. Hebr. ap. Hieron. c. Pelag. III, 1. „Si peccaverit frater tuus *in verbo* et satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum — Etenim in prophetis quoque, qostquam uncti sunt spiritu sancto, inventus est sermo peccati." — Haud dubie et verba vitae communis (III, 9.) et verba docendi intelligenda, vox πταίειν et de peccati culpa et de dicendi inscia levitate sumenda, absqua suos dehortaturi multi sunt Judaeorum doctores. Pirke Abhoth. I, 11. אבטליון אומר חכמים הזהרו בדבריכם שמא תחובו חובת גלות ותגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים הבאים אחריכם וימותו ונמצא שם שמים מתחלל: Phil. de nom. mutat. 1082. c. τὸ μὲν οὖν ἄριστον τῆς καθάρσεως τοῦτ᾽ ἐστιν· μηδὲ ἐνθυμεῖσθαί τι τῶν ἀτοπωτάτων· τὸ δὲ δεύτερον λόγοις μὴ διαμαρτάνειν, ψευδόμενον, ἢ

Digitized by Google

ψευδοκοινῦντα, ἢ ἀπατῶντα ἢ σοφιζόμενον, ἢ συκοφαντῦντα ἢ συνόλως σόμα καὶ γλῶτταν ἐπ' ὀλέθρῳ τινῶν ἀνέντα etc. cf. de Abrah. 352. c. Neminem esse, qui *ἐν λόγῳ ὐ πταίει*, jam priori sententia dictum erat, id quod allata testimonia quoque testantur. Cave tamen vertas: si quis — non peccaret etc. nam etsi nemo non peccet, tamen propositione generali Praesens Indicativi ponitur loco participii: *ὁ μὴ πταίων* cf. Gal. III, 12. (Huncce conjunctionis *εἰ* usum W. ignorat. p. 240.) —— *ὗτος* post *εἴτις* I, 23. —— *τέλειος*; גמור (Isocrates Panathen. *τύτυς φημὶ καὶ φρονίμυς εἶναι καὶ τελείυς ἄνδρας, καὶ πάσας ἔχειν τὰς ἀρετὰς* etc.) quod quo constet, explicatur verbis sequentibus, —— *ἀνὴρ* v. I, 8. — *δυνατὸς* = *ὃς δύναται* cf. 2 Tim. I, 12. W. p. 267. —— *χαλιναγωγῆσαι* I, 26. (aoristus W. 228.) de compescendis libidinibus, ut apud nos: des Herzens Gelüsten zähmen Lucian. *πάθη χαλιναγωγεῖν*, Philo de agricult. 197. C. seq. latius exponit imaginem de equo domando in hominis vitam et cupiditatum cum ratione dissidia translatam. —— *καὶ etiam*; quasi dictum sit *ὁ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν* (I, 26.) *δύναται χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον* etc. 6. Rom. VIII, 17. —— *ὅλον τὸ σῶμα*, totum corpus = tota vita cf. Rom. VII, 24. VIII, 23. 2 Cor. V, 10. *διὰ τῦ σώματος* (6, 8. cf. 4.) IV, 10. Matth. X, 28. (Hebr. X, 5. ubi propter oppositum: *θυσίαν καὶ προςφορὰν ὐκ ἠθέλησας*, vox *σῶμα* non pro victima morti tradenda sumi potest, sed sequentibus (7.): *ἰδὺ ἥκω τῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά συ* explicatur. Phil. III, 21? Joseph. B. J. II, 8, 14.: *ψυχὴν πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην* x. τ. λ. quo in loco male metempsychoseos dogma inveniri solet, quum nil nisi resurrectionis opinionem contineat ad probos tantum pertinentis in veram atque organicam vitam restituendos, quum improbi aut in Hade torqueantur, aut, daemones

Digitized by Google

facti, homines torqueant VII, 6, 3.) Aequa ratione singula membra pro singulis actionibus et agendi consuetudinibus dicuntur v. 8, IV, 1. — Quicunque igitur ita sui est compos, ut vel a delictis ore committendis abstineat, is magis etiam a vitiis per facta externa edendis sibi cavere pollet; (cf. Zenonis dictum apud Laertium, κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώσσῃ, et tritam Graecis sententiam: φορητότερον εἶναι ποσὶν ἤπερ γλώττῃ προσκόπτειν illud enim summam sibi imperandi suique omnibus modis potiundi vim requirit,) quare, quicunque se πολλὰ πταίειν sentiat, animo submisso docendi pruritum comprimat. Si consilium auctoris respicimus, mallemus dixisset: Nonnisi vir perfectae virtutis is est, qui bene dicat (ἐν λόγῳ ὀ πταίει, quam expressionem verbum procedens attractiva quadam vi adduxit.) At Jacobum rectae, qua protasis et apodosis jungantur, rationis paululum subinde incuriosiorem notavimus (I, 26.) Eadem fortasse nostri versus ratio est ac usus vocis πᾶς I, 2, 17. Accedit, quod hac, quam habemus, sententia quasi transitu utatur, docendi gravitatem inde conspicuam, quod non nisi vir probus dicendo quoque aptissimus sit, novis exemplis et imaginibus illustraturus. Quae cum magnam vocis vivae vim demonstrent, iisdem versus noster ita assimilatur, ut linguae rectae usum vitae quoque probe agendae specimen et adminiculum ostendat.

V. 3. Ἴδε barytonon initio exemplorum adcommodatius oxytono ἰδὲ Jacobo aliâs usitato, quare non est cur legas εἰ δὲ, praesertim quum auctor vocabula idem significantia permutare amet (I, 19. V, 12.) —— τῶν ἵππων, positio genitivi ante nomen regens (I, 3.) et transpositio verborum elegans; (Joan. XII, 47.), qua res collata (ἵππων) magis prostet, Graecis consueta (W. 454.) Imaginis jam inchoatae occasionem verbum χαλιναγωγεῖν fecit. Nihilominus novae propo-

Digitized by Google

sitionis sensus hic est: Parva res, qualis lingua, magna saepe efficit; qua consideratione modestus ac circumspectus dicendi usus commendatur (v. 1.) —— χαλινὺς de hoc plurali cf. II, 1. —— βάλλομεν, Ael. var. hist. IX, 16. χαλινὸν ἵππῳ ἐμβάλλειν. —— πρὸς ante Inf. Paulo usitatissimum W. p. 273. —— πείθεσθαι, Xenoph. Cyrop IV, 3. 3. πείθεται ὁ ἵππος χαλινῷ. —— αὐτὺς Acc. propter Infinit. W. p. 263. —— μετάγομεν = (mit-)leiten. Nostra sententia simili modo exprimitur Psal. XXXII, 9. Soph. Antig. v. 483. σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τὺς θυμυμένυς ἵππυς καταρτυθέντας Phil. de Mundi opificio p. 19. E. τόγε θυμικώτατον ζῶον ἵππος ῥαδίως ἄγεται χαλινωθεὶς καὶ μεθέωρον αναβαςάσας ὀξύτατα θεῖ σπυδάζων εἰς ὓς ἂν ἐπείγηται γίνεσθαι τόπυς ἐκεῖνος, ἀφικνεῖσθαι.

V. 4. ἰδὺ v. 6. V, 4, 7, 9, 11. —— καὶ v. 2. Joan. IV, 24. —— τηλικαῦτα tanta i. q. maxima, opp. ἐλάχιςον Jes. XXX, 21. אדירים. —— ὄντα sc. καίπερ W. p. 295. —— καὶ et insuper. —— ὑπὸ, venti velut infestae vires personificantur. —— σκληρὸς ἄνεμος, v. vehemens, Arrian. exp. Alex. I, 26. 3. ἐκ νότων σκληρῶν. Aelian. de animal. V, 13. σκληρὸν πνεῦμα; IX, 14. ἄνεμοι σκληροί. Dio Chrys. III, p. 44. C. ὑπὸ ἀνέμων σκληρῶν μεταβαλλόμενος. Pollux. I, 9. §. 17. ἄνεμος βίαιος, σκληρὸς. Jonas I, 4. רוחות גדולות —— ἐλαύνειν agitare. —— μετάγεται v. 3. amat Noster verbis uti repetitis (I, 13, 14. II, 14, 16, 21, 25.) quae est simplex quaedam gravitas. —— ὑπὸ iterum loco dativi, 4. quasi ipsi πηδαλίῳ insit vis navem gubernandi. —— ἐλαχίςυ, cum desit articulus, vertendum: von einem sehr kleinen Steuerruder; posito articulo haberemus: von dem Steuerr. das ein sehr kleines Ding ist, sive articulus praedicatum ἐλάχιςος addidisset τοῖς πηδαλίοις omnibus. —— ὅπου, quo, wohin. (Joan. III, 8.) ἂν, (quocunque) cum Praesenti

Digitized by Google

facti, homines torqueant VII, 6, 3.) Aequa ratione singula membra pro singulis actionibus et agendi consuetudinibus dicuntur v. 8, IV, 1. — Quicunque igitur ita sui est compos, ut vel a delictis ore committendis abstineat, is magis etiam a vitiis per facta externa edendis sibi cavere pollet; (cf. Zenonis dictum apud Laertium, κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώσσῃ, et tritam Graecis sententiam: Φορητότερον εἶναι ποσὶν ἤπερ γλώττῃ προσκόπτειν illud enim summam sibi imperandi suique omnibus modis potiundi vim requirit,) quare, quicunque se πολλὰ πταίειν sentiat, animo submisso docendi pruritum comprimat. Si consilium auctoris respicimus, mallemus dixisset: Nonnisi vir perfectae virtutis is est, qui bene dicat (ἐν λόγῳ ὀ πταίει, quam expressionem verbum procedens attractiva quadam vi adduxit.) At Jacobum rectae, qua protasis et apodosis jungantur, rationis paululum subinde incuriosiorem notavimus (I, 26.) Eadem fortasse nostri versus ratio est ac usus vocis πᾶς I, 2, 17. Accedit, quod hac, quam habemus, sententia quasi transitu utatur, docendi gravitatem inde conspicuam, quod non nisi vir probus dicendo quoque aptissimus sit, novis exemplis et imaginibus illustraturus. Quae cum magnam vocis vivae vim demonstrent, iisdem versus noster ita assimilatur, ut linguae rectae usum vitae quoque probe agendae specimen et adminiculum ostendat.

V. 3. Ἴδε barytonon initio exemplorum adcommodatius oxytono ἰδὲ Jacobo aliâs usitato, quare non est cur legas εἰ δὲ, praesertim quum auctor vocabula idem significantia permutare amet (I, 19. V, 12.) —— τῶν ἵππων, positio genitivi ante nomen regens (I, 3.) et transpositio verborum elegans; (Joan. XII, 47.), qua res collata (ἵππων) magis prostet, Graecis consueta (W. 454.) Imaginis jam inchoatae occasionem verbum χαλιναγωγεῖν fecit. Nihilominus novae propo-

Digitized by Google

sitionis sensus hic est: Parva res, qualis lingua, magna saepe efficit; qua consideratione modestus ac circumspectus dicendi usus commendatur (v. 1.) —— *χαλινὺς* de hoc plurali cf. II, 1. —— *βάλλομεν*, Ael. var. hist. IX, 16. *χαλινὸν ἵππῳ ἐμβάλλειν*. —— *πρὸς* ante Inf. Paulo usitatissimum W. p. 273. —— *πείθεσθαι*, Xenoph. Cyrop IV, 3. 3. *πείθεται ὁ ἵππος χαλινῷ*. —— *αὐτὺς* Acc. propter Infinit. W. p. 263. —— *μετάγομεν* = (mit-)leiten. Nostra sententia simili modo exprimitur Psal. XXXII, 9. Soph. Antig. v. 483. *σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τὺς θυμυμένυς ἵππυς καταρτυθέντας* Phil. de Mundi opificio p. 19. E. *τόγε θυμικώτατον ζῶον ἵππος ῥαδίως ἄγεται χαλινωθεὶς καὶ μεθέωρον αναβαςάσας ὀξύτατα θεῖ σπυδάζων εἰς ὓς ἂν ἐπείγηται γίνεσθαι τόπυς ἐκεῖνος, ἀφικνεῖσθαι*.

V. 4. *ἰδὺ* v. 6. V, 4, 7, 9, 11. —— *καὶ* v. 2. Joan. IV, 24. —— *τηλικαῦτα* tanta i. q. maxima, opp. *ἐλάχιςον* Jes. XXX, 21. אדירים. —— *ὄντα* sc. *καίπερ* W. p. 295. —— *καὶ* et insuper. —— *ὑπὸ*, venti velut infestae vires personificantur. —— *σκληρὸς ἄνεμος*, v. vehemens, Arrian. exp. Alex. I, 26. 3. *ἐκ νότων σκληρῶν*. Aelian. de animal. V, 13. *σκληρὸν πνεῦμα*; IX, 14. *ἄνεμοι σκληροί*. Dio Chrys. III, p. 44. C. *ὑπὸ ἀνέμων σκληρῶν μεταβαλλόμενος*. Pollux. I, 9. §. 17. *ἄνεμος βίαιος, σκληρὸς*. Jonas I, 4. רוחות גדולות —— *ἐλαύνειν* agitare. —— *μετάγεται* v. 3. amat Noster verbis uti repetitis (I, 13, 14. II, 14, 16, 21, 25.) quae est simplex quaedam gravitas. —— *ὑπὸ* iterum loco dativi, 4. quasi ipsi *πηδαλίῳ* insit vis navem gubernandi. —— *ἐλαχίςυ*, cum desit articulus, vertendum: von einem sehr kleinen Steuerruder; posito articulo haberemus: von dem Steuerr. das ein sehr kleines Ding ist, sive articulus praedicatum *ἐλάχιςος* addidisset *τοῖς πηδαλίοις* omnibus. —— *ὅπου*, quo, wohin. (Joan. III, 8.) *ἂν*, (quocunque) cum Praesenti

Digitized by Google

Conjunctivi copulatur, ubi de re sermo est et continua, et quae fieri solet. W. p. 254. —— ὁρμή, impetus, commotio Prov. XXII, 1. ὁρμὴ τῶν ὑδάτων Odyss. V, 416. μελετὴ δέ μοι ἔσσεται ὁρμή. Philo de sacrif. Abelis et Caini, 137. ὁρμὴ καὶ φορὰ de equis adhibetur, cf. de agric. 197. σὺν πλείονι ὁρμῇ —— εὐθύνων, dirigens, rector, gubernator Phil. de Conf. ling. p. 336. D. εὐθύνεσθαι τὸν πλοῦν. Hesych. κυβερνήτης. Particip. praes. loco substantivi W. p. 289. ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος = ὁ εὐθύντης ὁρμήσας cf. V, 20. πλάνη ὁδοῦ. Ista ὁρμὴ βούλεται, tendit cf. Joan. III, 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, apud Graecos quoque de inanimatis Plat. Rep. 370. B. — Simili collatione utitur Lucretius de Nat. rer. IV, 900. ventus — trudit agens magnam magno molimine navim, et manus una regit quantovis, impetu euntem, atque gubernaculum contorquet quolibet una. Arist. Quaest. Mechan. 5. τὸ πηδάλιον μικρὸν ὄν, καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ τῷ πλοίῳ, τοσαύτην δύναμιν ἔχει, ὥστε ὑπὸ μικροῦ οἴακος καὶ ἑνὸς ἀνθρώπου δυνάμεως καὶ ταύτης ἠρεμαίας, μεγάλα κινεῖσθαι μεγέθη πλοίων. [P.] Utramque hanc de equis et navibus imaginem ad linguas translatam aeque junxerunt veteres: Plato Axioch. ἡνίαις καὶ μάστιγι τοὺς ἵππους εὐθύνομεν· καὶ ναυτιλλώμεθα, πῇ μὲν τοῖς ἱστίοις τὴν ναῦν ἐκπετάσαντες, πῇ δὲ ταῖς ἀγκύραις χαλινώσαντες καταβύθομεν· οὕτω κυβερνητέον τὴν γλῶσσαν, Ἀξίοχε, πῇ μὲν τοῖς λόγοις ὁπλίζοντες, πῇ δε σιωπῇ κατευνάζοντες. Quem sequitur Philo, in Flaccum 968. E. de Agric. p. 197. C. et Plutarch. de poetis aud. p. 33.

V. 5. Hujus versus constructio in mentem revocat, quae ad II, 8, 9. I, 11, 13. notata sunt cf. V, 17. Prius stichon participialiter intelligendum. Oratio simplex et gravis, quam perderes, si post γλῶσσα poneres comma. —— μεγαλαυχεῖν magna de se praedicare, magna perficere, (= αὐχεῖν δύναται. v. 6. I, 20.) ut apud

Digitized by Google

Homerum saepissime εὔχεται εἶναι = ἐστί. Jam alia imagîne vis linguae eaque *pestifera* illustratur, quum duae praecedentes nonnisi *magnos* effectus depinxerint. —— ὀλίγον = ein wenig pro: μικρὸν ut apud Homerum. —— πῦρ = σπινθήρ. — ὕλη ἅπ. εἰρ. in N. T. silva cf. Hom. Il. II, 455. πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην, οὔρεος ἐκ κορυφῆς. —— ἡλίκος qualis = quantus. —— ἀνάπτει inflammare potest, vividius: quasi ante oculos inflammat, Latini: ex scintilla incendium. Pind. Pyth. III, 66. πολλὰν τ᾽ ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἐνθορὸν αἴστωσεν ὕλαν. Phil. de migr. Abr. 407. A. σπινθὴρ γὰρ καὶ ὁ βραχύτατος ἐντυφόμενος ὅταν καταπνευσθεὶς ζωπυρηθῇ, μεγάλην ἐξάπτει πυράν.

V. 6. καὶ etiam; adhibetur in adplicanda imagine (post οὕτω, 5. I, 11.) Lingua quoque ejusmodi ignis est. —— ἡ γλῶσσα πῦρ, sequitur Jacobus Siracidem, qui XXVIII, 13, 14. ἔρις, ait, κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ — ἐὰν φυσήσῃς σπινθῆρα, ἐκκαήσεται. 22. οὐ μὴ κρατήσῃ γλῶσσα εὐσεβῶν καὶ ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσονται. —— ὁ, articulus ad subjectum respicit, eique adpositionis modo adjungit verba: κόσμος τῆς ἀδ, = diese Welt von Ungerechtigkeit. Hunc articuli usum, (quem ignorare videtur W. 121., ubi de solis adpellativis ad nomina propria adpositis loquitur, et, 302., ubi Jac. I, 7. falso in appositionis formam trahere conatur,) comprobant exempla: Marc. XII, 40. Phil. III, 3, 18. Rom. VIII, 23. Eph. I, 7. —— κόσμος τῆς ἀδικίας, mundus injustitiae; in lingua reconditur quasi πλῆθος ἀδικίας inde provenientis; ingens multitudo, universitas est mundus Matth. XVI, 26. Prov. XVII, 6. ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, oppon. ὀβολός. Latini: Oceanus malorum. Similiter Philo de profugis 462. ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οἱ τῶν κακιῶν εἰσι θησαυροί. —— ἀδικία, omnis nequitia, impietas, = κακία I, 21. Lingua, mundus hic iniquitatis, est ignis = lingua impietate

Digitized by Google

saepe plena omnia impietate replet, omnia inflammat. — οὕτως sc. πῦρ ἐστι, (cf. II, 12.) nam imaginis expositio jam priore propositione data est. Ceterum duplex imaginis expositio Jacobo haud aliena I, 10, 11, 25. — καθίσταται collocata est, = ἐστί, steht da IV, 14. — ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, inter ipsa nostra membra ignis ejusmodi γλῶσσα positus est. ἐν = inter. V, 13, 14. IV, 1. — ἡ vide, quod de ὁ diximus; quae sequuntur, appendicis instar cum ἡ γλῶσσα copulata, latius exponunt illud οὕτως et demonstrant, qua ratione ἡ γλῶσσα sit ignis inter membra constitutus; de vero ordine sententiarum hic requirendo idem valet, quod II, 89. et supra v. 5. vidimus. Sic lingua quoque, tamquam sacer ignis omnem vitam nostram incendit. Quae adpositionem formant, ea melius cum verbo finito componerentur, ut V, 12. — σπιλοῦσα, contaminans, maculans Jud. 23. 2 Petr. II, 13. Test. Aser II. p. 690. τὴν ψυχὴν σπιλοῦν· μιαίνεσθαι Hebr. XII, 15. Quo sensu lingua corpus, seu vitam, contaminare dicatur, patet e versu 2.; linguae impotentia et malitia omnibus vitiis aperit januam. — φλογίζειν inflammare, rota inflammatur, Horat. Carm. I, 1. metaque fervidis evitata rotis. Redit auctor ad imaginem inchoatam, quam propositio praecedens μετάβασις εἰς ἄλλο γένος sit, ad quam auctor verbis ἐν τοῖς μέλεσι abripiebatur. — τροχὸς τῆς γενέσεως· τρ. vitae ejusque decursus imago, et a celeritate et ab instabilitate sumta. Hesek. I, 15 — 20. Sibyll. II. p. 225. (ed. Dallaeus) βίοτος τροχὸς ἄστατος ὄλβος. Vita ipsa est quasi δρόμος 2 Tim. IV, 7. — τῆς γενέσεως = vitae Jud. XII, 18. πάσας ἡμέρας τῆς γενέσεως Soph. VII, 5. Vitae decursus incenditur = ignis libidinum, odii, saevitiae accenditur, et vita ipsa quasi incendio devastatur, naturalis ejus cursus interrumpitur. Phil. de praemiis et poenis 912. B. ἔνιοι μὲν οὖν τὰ ἐλπίδος σπέρματα ὡς πολέμιοι τὰς ἐν

Digitized by Google

τῇ ψυχῇ κακίας ζωπυρήσαντες ἐνέπρησαν· de migrat. Abr. 403. D. ἀλλὰ καὶ ἑκάςη τῶν τῆ ἄφρονος αἰσθήσεων ἐξαπτομένη πρὸς τῶν αἰσθητῶν ἐμπίπρησι τὸν νῦν πολλὴν καὶ ἀπέραντον φλόγα. ἐπεισχέεσα μετὰ ῥύμης ἀνηνύτε καὶ φορᾶς. Sensu bono Jesus ipse πῦρ, ait, ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνέφθη; δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δῦναι ἐν τῇ γῇ; ὐχὶ λέγω ὑμῖν ἀλλ' ἢ διαμερισμόν. Luc. XII, 49. seqq. cf. Jac. III, 16. 9, 10. IV, 11. cf. Sirac. IX, 19. ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν, καὶ ἐκ τύτε φιλία ὡς πῦρ ἀνακαίεται. XXIII, 16. πόρνος ὐ μὴ παύσηται, ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ. Quod utrumque cur a lingua repetatur, facile patet. cf. ad v. 8. Judaeis solemne erat linguae seu verborum effectum cum ignis incendio comparare. cf. Pirke Abhoth. II, 15. הוי מתחמם כנגד אורן של חכמים והוי זהיר בגחלתן שלא תכוה שכל דבריהם כגחלי אש: Psalm. CXX, 4. (Targum) lingua dolosa cum carbonibus confertur, qui incensi sunt in gehenna inferne. Psalt. Sal. XII, 2. ἐν ποιήσει διαςροφῆς οἱ λόγοι τῆς γλώσσης ἀνδρὸς πονηρῦ, ὥσπερ ἐκ ἅλῳ πῦρ ἀνάπτον καλάμην αὐτῦ. —— καὶ φλογιζομένη, et (ipsa) incensa; lingua incenditur a spiritu sancto, Act. II, 3. (γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς), nostro loco ≡ ὑπὸ Γεέννης, ab inferno = diabolo, v. 15. (ἀναφλέγειν τὸ πάθος Phil. de vita Mos. 714. D.) Propter imaginem inchoatam continens pro contento ponitur, infernus, πυρὸς ἀσβέςυ locus (Matth. XXV, 41. Jud. 7.), ut saepe ὁ ὐρανὸς pro: θεὸς, Γεέννα גיא הנום contractum ex גיא בני הנום vallis prope Hierosolyma sita ac infantibus Molocho 2 Reg. XVI, 3. immolatis famosa, ideoque cadaveribus impuris comburendis destinata, 2 Reg. XXIII, 10. unde nomen in locum damnatorum transferebatur. (Matth. V, 22.) Paullo aliter Judaei nomen explicant, de re consentientes. Elias in Tisbi. גיהנם קראו רבותינו מקום עונש הרשעים אחר מותם גיהנם לפי שגי בן הנם הסמוך לירושלים היה מקום

Digitized by Google

מטונף ששם שרפי ארז בניהם למולך ונקרא בן
לפי שהבן היה שם נוהם וצועק:

Ceterum ante mentem Nostro volitasse videntur Siracidae dicta XXVIII, 25., ubi τὴν φλόγα τῆς γλώσσας describit, et ipsum ᾅδην ejus pesti praefert. Cf. Psalt. Salm. XII, 4. ἐν πυρὶ φλογὸς γλῶσσα ψίθυρος ἀπόλοιτο.

V. 7. γὰρ sententiam sequentem ita e praecedente nectit, quasi repeteretur: revera ἡ γλῶσσα φλογίζει τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως καὶ φλογίζεται etc. nemo enim eam potest domare. — Versuum 7. et 8. eadem ratio est ac v. 8, 9. cap. II, vide quae ibi notavimus ad μέντοι. —— φύσις = genus 3 Macc. III, 29. πᾶσα θνητὰ φύσις. Soph. Antig. 347. πόντε ἐναλίαν φύσιν. Athenaeus XII, p. 545. E. ὑπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, Plutarch. de utilit. inimic. p. 91. E. πᾶσα φύσις ἀνθρώπε, Lucr. I, 16, 195. omnis natura animalium. θηρία ceteris coordinata sunt animalia pedestria Sophocl. l. c. 346. θηρίων ἀγρίων ἔθνη. πετεινὰ = aves Soph. l. c. 344. s. κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων. ἑρπετὰ = Gewürm erpentes, cf. Gen. IX, 2. ἐνάλια belluae marinae. Vide similem enumerationem Act. X, 12. Gen. IX, 2. Articulus ante φῦσις deest secundum regulam communem (W. p. 104.), ante nomina animalium, ut videtur, ex eadem vi vocis πᾶσα in illa profluente = Jede Art von etc. quum πᾶσα ἡ φύσις etc. esset totum genus animantium etc. —— δαμάζεται cf. v. 5. = εσθαι δύναται v. 8. δεδ. jam (diu) domita est. —— τῇ φύσει Dat. c. Pass. (W. 178. 6.) v. 18. Eadem cogitatio saepe occurrit apud profanos: Eurip. Βραχύ τοι σθενὸς ἀνέρος Ἀλλὰ ποικίλαις πραπίδων Δαμᾷ φῦλα πόντε, Χθονίων τ' αερίωντε παιδεύματα. Domare autem (belluas maritimas etc.) non ad vocem premas, est: imperium habere, ὑποτάσσειν, coercere, κατέχειν, - vim nocivam vitare (v. 8.) Philo de mundi opif. 19. 20. multus est

Digitized by Google

in demonstrando μηδὲν τῶν θηρίων ἀπελευθεριάζειν ὑπεξῃρημένον τῆς ἀνθρώπου ἡγεμονίας.

V. 8. δὲ v. II, 9. —— ἀνθρώπων, Genitivus a voce regente eleganter remotus, (W. 160.) cf. II, 2. lat. nemo mortalium. Est autem sermo de lingua φλογιζομένῃ, ἥτις ἐστὶ κόσμος τῆς ἀδικίας, non de lingua in universum (III, 2) spectata, ideoque οὐδεὶς ἀνθρώπων non hyperbolice dicitur. —— δαμάσαι verbum e priori imagine ad morem Jacobi repetitum. (v. 2. 3. 6. II, 12. I, 26. V, 16.) —— ἀκατάσχετον-κακὸν etc. cave facias appositionem ad γλῶσσαν pertinentem; sed novâ propositione exponitur id, quod, si sensum respexeris, bene adponi poterat voci τὴν γλῶσσαν. (v. I, 7.) Apoc. I, 5. W. 303. —— ἀκατάσχετον, quod coerceri nequit. Jos. Bell. Jud. II, 29. ὁρμὴ ἀκατάσχετος, VII, θυμοῖς ἀκατασχέτοις. Cf. Plut. de garrul. p. 509. οὐκ ἐστι γλώσσης ῥεούσης ἐπίσχεσις οὐδὲ κολασμός. [P.] Quum jam vox ἀκατάσχετον ad belluas domandi incapaces alludat, diserte lingua serpenti confertur vocibus: μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου· —— ἰὸς venenum. —— θανατήφορος (= θανάσιμος Marc. XVI, 18.) Job. XXXIII, 23. Num. XVIII, 22. apud profanos. Diod. Sic. XX, 43. στήγματα θανατήφορα. Herodian. III, 12. 7. διαβολὴ θανατήφορος. Lucian. Hermot. 62. θανατήφορα φάρμακα. Linguae cum serpente comparatio frequens. Psalm. XIV, 3. CXL, 3. ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν· adde Psalm. LVIII, 5. Cohel. X, 11. Rom. III, 13. cf. Deut. XXXII, 33. Phil. de leg. ad Caj. p. 1016. B. κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων ἐγχωρίων ἀναμεμιγμένοι τὸν ἰὸν καὶ θυμὸν ἐν ταῖς γλώσσαις. Lucian. fugit. 19. ἰοῦ μεστὸν αὐτοῖς τὸ στόμα. Cf. Test. Gad. VI, p. 683. ἰὸς τοῦ μίσους. Tanto accommodatius Noster hanc comparationem adhibuit, quum saepius bono sensu usurpetur de verbis doctorum. Pirke Abh. II, 15.

עקיצתן עקיצת עקרב ולחישתן לחישת שרף:

Ceterum lethiferam linguae malae pestem V. T. scriptores saepe notant. Prov. XVIII, 21. XV, 4. XII, 6. X, 18. imprimis Sirac. XXVIII, 13 — 25. V, 15. Sap. I, 11. ςόμα καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχήν.

V. 9. Jam singulos linguae ad peccatum abusus (8.) inter lectores epistolae dominantes Jacobus recenset, scilicet ut vanitatem eorum, qui, quum tales sint, praeceptorum munus affectant, castiget. —— ἐν praep. instrum. 18. I, 25. W. 332. (deest γὰρ aut alia particula, qui defectus graviorem reddit orationem, v. 2.) —— εὐλογεῖν benedicere, venerari. Preces Judaeorum incipere solent verbis ברוך יה et ubicunque Dei fit mentio, additur εὐλογία, quare apud Rabbinos sexcenties legitur הקדוש ברוך הוא —— τὸν θεὸν καὶ πατέρα, formula frequens (I, 27.), qua hoc loco innuitur, Deum esse omnium hominum patrem. —— καὶ ἐν αὐτῇ *et in ea*, rhetorice verba priora repetuntur, ut sensus quidem insit: *in eadem*, quem vero verborum ipsorum significatione cave putes expressum; simplex repetitio pronominis cum καὶ multo ponderosior. —— καταρώμεθα opp. τῷ εὐλ. maledicere, infausta adprecari, convitiis persequi ארר (Matth. V, 44. Rom. XII, 14.) Jacobus loquitur communicative in prima persona, ut v. 1. scilicet quo castigatio sit minus acerba. —— τοὺς quasi δεικτικῶς —— εἰς ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας Gen. I, 26. 27. Multa est Judaeorum theologia in efferenda hominis Dei imaginem referentis dignitate. Sap. II, 23. Sir. XVII, 3. 4 Esdr. VIII, c. „homo, qui manibus tuis plasmatus est, et tu ei imago nominatus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti. Phil. de mundi opificio p. 33. τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον, ἢ ἀπόσπασμα ἢ ἀπαύγασμα γεγονώς. Quod deterius potiori 170. τῆς θείας καὶ εὐδαίμονος ψυχῆς ἐκείνης ἀπόσπασμα (ὁ νοῦς) de nom. mut. 416. [Pf.] εἰκόνος θείας ἐκμαγεῖον ἐμφερές. Neque profanis eadem

hominis cum Deis similitudo ignoratur. Xenoph. Memorab. I, 4, 14. παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα ὥσπερ θεοὶ οἱ ἄνθρωποι βιοτεύουσιν. Ovid. Metam. I, 82. sqq. Natus homo est, sive hunc divino semine fecit Ille opifex rerum mundi melioris origo: Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Aethere cognati retinebat semina coeli. Quam satus Japeto mistam fluvialibus undis Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum. Pronaque cum spectent animalia cetera terram: Os homini sublime dedit, coelumque tueri Jussit et erectos ad sidera tollere vultus. [G.] — Continetur autem hac notione tum generis humani ipsa cum Numine cognatio (Act. XVII, 28, 29.) tum eorum munus, Deum quasi repraesentandi inferioribus vitae mundanae gradibus, ut bestiis (Gen. I, 28.) quod quidem fit per spiritum rationalem omnis materiae dominum. — Novum testamentum eandem homini vindicans dignitatem (1 Cor. XI, 7.) imaginem divinam perfecta cognitione (Col. III, 10.) et sanctitate (Eph. IV, 24.) facit constantem, ad quam homines Jesu Christi, absoluti divinae majestatis exempli (2 Cor. IV, 4. Col. I, 15. Hebr. I, 3.) fideles imitatores sint restituendi. — Quod ad formam rhetoricam adtinet, peccati gravitas indirecte tantum submonetur, cuique lectori e datis praemissis colligenda; (II, 1.): ipsum Deum violari maledictis in homines collatis. (cf. IV, 11, 12.) cf. Gen. IX, 6. Pariter Jesus sibi ipsi beneficia, quibus homines recreentur, praestari docet. (Matth. XXV, 41. seq.) Bereschith Rabba 24. dixit R. Akiba: „Ne dicas: postquam contemnor, contemnatur etiam proximus meus. Dixit R. Tanchuma: si autem ita feceris, scito, quem contemnas, eum nimirum, de quo scriptum est: ad similitudinem Dei fecit eum.“ [P.]

V. 10. Quantum sibi ipsi repugnet ista dicendi ratio, et quam levis pretii εὐλογία talis sit, jam mone-

tur (cf. I, 26.) —— ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ex eodem. —— ἐξέρχεσθαι de vocis ministerio (Matth. XV, 11. ἐκπορεύεσθαι). Philo de decem orac. M. II, 196. οὐ γὰρ ὅσιον δι' οὗ στόματος τὸ ἱερώτατον ὄνομα προφέρεται, διὰ τούτου φθέγγεσθαι τι τῶν αἰσχρῶν. Tanchuma fol. 33, 2. os quaerit studere in lege, et verba bona proferre, Deum laudare, glorificare; orare et canticis celebrare: sed potest etiam calumniari, blasphemare, convitiari et pejerare. Test. Benj. VI. ἡ ἀγαθὴ διάνοια οὐκ ἔχει δύο γλώσσας εὐλογίας καὶ κατάρας. — Quam amice, quam paterne adnectitur dehortatio: —— οὐ χρή, ἅπ. εἰρ. in N. T. —— ταῦτα οὕτω pleonastice W. 486., seu potius ad augendum pondus rhetorice.

V. 11. Cur ista ratio deserenda sit, exemplis docetur eo innuentibus, opposita non ex eodem fonte oriri, ideoque pietatem animi hostilis nonnisi fucatam esse. —— μήτι num forte (cf. II, 1.) —— ἡ πηγή articulus fontem quasi ante oculos pingit, ut solent N. T. libri imagines et proverbia ponere. W. 91. —— ὀπή caverna, foramen. —— βρύειν = scaturire, sprühen, sprudeln (act.) sprüzen, cum strepitu emittere. —— τὸ γλυκὺ dulce, ne suppleas ὕδωρ, sed adverb. sumas substantive: Süsses, πικρὸν = Bitteres = ἁλυκόν. Prope mare fontes amari reperiuntur Exod. XV, 23. Solinus 14. Fons exampeus infamis est, amara scaturigine. Herod. IV, 52. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρή. Virg. Eclog. X, 5. Consueta Judaeis est doctorum cum fontibus comparatio. Pirke Abh. II, 11. אלעזר כמעין המתגבר fons perpetuo scaturiens. Theolog. Samaritanorum etc. ed. Gesenius p. 26. „Oceanum sermonis fecit Mosen excellentia Dei.“ Imprimis et maledicta et pravas doctrinas aquae impurae et amarae solent conferre Job. III, 5. Num. V, 19. מי המרים Pirke Abh. I, 11. תגלו למקום מים הרעים וישתו התלמידים etc. detexistis locum aquarum impurarum et bibent

discipuli. Oratio flumini confertur. Phil. de Somn. 1240. e. quod deter. pot. 162. e. πηγὴ γὰρ λόγων διάνοια, καὶ σόμιον αὐτῆς λόγος, ὅτι τὰ ἐνθυμήματα πάντα διὰ τούτου καθάπερ νάματα ἀπὸ γῆς εἰς τοὐμφανὲς ἐπιῤῥέοντα ἀναχεῖται. Sir. IV, 28. 29.

V. 12. συκῆ ficus, deest articulus, (ein Feigenbaum) quum jam additum δύναται comparationis colorem vividum versui antecedenti proprium aliquanto minuat. —— ποιῆσαι de fructibus edendis saepissime עשה. Imago antiquis tritissima. Matth. VII, 16. — Arrianus Epict. II, 20. πῶς γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι ἀλλ' ἐλαικῶς; ἢ ἔλαια πάλιν μὴ ἐλαικῶς ἀλλ' ἀμπελικῶς; ἀμήχανον, ἀδιανόητον. Plut. de tranq. animi p. 472. E. τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν, οὐδὲ τὴν ἐλαίαν βότρυς. Antoninus VIII, 15. αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέρει. Seneca ep. 87. Non nascitur itaque ex malo bonum non magis quam ficus ex olea. [P.] —— ἁλυκὸν aut fons salosus aut mare, quod apud Virg. vocatur sal. —— ποιῆσαι Jacobus more consueto, (S. I, 25.) e priori arborum imagine, ad quam usu vulgari pertinet, retentum fonti adplicat aquas edenti. Id quod naturali rerum cursu fieri non posse hic asseritur, in illa omnium ordinum ac legum turba, quae rebus Messianis antecedere putabatur, exspectatum est. 4 Esdr. V. „in dulcibus aquis salsae invenientur.“ — Cum versus 11. monstret, opposita ex uno fonte nunquam prodire, noster addit, cujusvis caussae effectus referre caussae naturam, et imaginem exponit ope prioris imaginis (I, 25.) tanto aptioris, cum de doctoribus usurpari (v. 11.) soleret, id sibi volens, fontem salsum seu animum hostilem nullo modo dulcia, seu pia ac religiosa, posse edere, id quod lectoribus persuadere possit, acerbas ipsorum rixas animi vere impii, religionis, qua superbirent, vacui existere documenta.

Digitized by Google

V. 13. Jam igitur Noster a dehortando suos, ne temere doctorum munus affectarent, profectus, descriptis linguae variis ac improbis abusibus inter ipsos quoque committi solitis eo pervenit, ut lectorum animos rectâ, qua Christianos deceret, conditione esse, vera igitur, qua superbiant, sapientia pollere, neget. Id autem facit leniter primum imagine v. 12. proposita, tum documenta recensendo, quae a vera cognitione edi fas sit. — τὶς non τίς cf. V, 13. 14. Sirac. VI, 35. ἐν πλήθει πρεσβυτέρων στῆθι καί τις σοφὸς αὐτῷ προςκόλληθι· deest particula condit. (IV, 2.) — σοφὸς καὶ ἐπιστήμων Deut. I, 13. חכם ונבון, hac nempe laude illi maxumopere gaudebant, indeque pruritu docendi flagrabant, rixarum fertili caussa. v. I, 5. Adde locis ibi allatis sensum vocis σοφία demonstrantibus Phil. de praem. et poen. 923. A. σοφία μὲν γὰρ πρὸς θεραπείαν θεοῦ, φρόνησις δὲ πρὸς ἀνθρωπίνου βίου διοίκησιν. — ἐν v. 6. — δειξάτω Aoristus de re semel facienda (II, 18.) usurpatur. Rationem igitur ille reddere jubetur adversario ἐκ τῆς ἀναστροφῆς, e vita, non ἐν ἀναστροφῇ, quod si poneretur, aoristo locus non esset; quia tum δεικνῦναι sensu improprio de factis non de verbis probantibus diceretur. — καλὸς honestus — ἀναστροφὴ vita, der Wandel, (V, 20. I, 8, Gal. I, 13. V, 16. 25. Rom. VIII, 4. Eph. IV, 22. 1 Petr. I, 16. 2 Petr. III, 11. cf. Prov. XX, 8. Tob. IV, 19. directio 4 Esdr. VI. c.) opponitur dicendo et docendo, quo illi sapientiam monstrare gestiebant. — τὰ ἔργα αὐτοῦ sc. ὡς σοφοῦ = τὰ ἔργα τῆς σοφίας cf. I. 11. ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις μαρανθήσεται = αἱ ὁδοὶ τ. πλ. Ex iis, quae capite II. sunt exposita, hujus expressionis sensus patet, ἔργα sunt singula σοφίας documenta, quorum series continua τὴν καλὴν ἀναστροφὴν efficit. Una eademque praecipua sapientiae exercitatio diserte adhuc extollitur πραΰτης σοφίας. — πραΰτης lenitas, mansuetudo, in agendo

Digitized by Google

et dicendo conspicua I, 21. 1 Petr. III, 15. μετὰ πρᾳΰτητος καὶ φόβε, Matth. XI, 29. πρᾷος καὶ ταπεινὸς, Gal. VI, 1. πρᾳότης, Plat. Gorg. p. 489. D. πραΰτερον μὲ προδίδασκε. —— ἐν agendi rationem ac consuetudinem exprimit 18. I, 21. II, 2. IV, 16. πραΰτης σοφίας = πραεῖα σοφία (I, 11.?) per latinismum W. p. 190.

V. 14. ζῆλος invidia, ambitiosa mens, aemulatio maligna: —— πικρὸς acerbus, nos: bittre Feindschaft, Bitterkeit, cf. 11. Eph. IV, 31. πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ καὶ βλασφημία. Test. Jos. I, p. 698. ἐν λόγοις πικροῖς. Test. Nepht. II. p. 664. ἧπαρ πρὸς θυμὸν, χολὴ πρὸς πικρίαν. Phil. de Somniis p. 1134. E. τὸ πικρὸν, τὸ κακόηθες, τὸ ἀκρόχολον, τὸ περίθυμον, τὸ ἀντίθασον, τὸ δηκτικὸν, τὸ ἐπίβελον. —— ἐρίθεια rixae, animus rixarum amans; utrumque vocabulum jungitur 2 Cor. XII, 20. Gal. V, 20. —— ἔχετε cf. II, 1. —— ἐν τῇ καρδίᾳ, de fonte actionum (11.) adhuc esse sermonem, ideoque ἐριθείαν ad studium rixandi trahendum, liquet, ceterum singularis καρδία de pluribus (IV, 8.) quoque poni solet. Luc. XXIV, 5. W. 148. —— μὴ annon = ὐ II, 5. —— κατακαυχᾶσθε καὶ = κατακαυχώμενοι (I, 13) gloriantes legis scientia, fide, —— ψεύδεσθε mentimini (Rom. IV, 1. 1 Joan. I, 6.) —— κατὰ τῆς ἀληθείας contra veritatem Christianam, quam profitemini (I, 18. V, 15.) contra fidem, quae talia interdicit, (II, 1. I, 21. Sap. VI, 25. φθόνος ὐ κοινωνήσει σοφίᾳ.) nisi forte praestet, κατὰ τῆς ἀληθείας simpliciter pro expositione τῦ ψεύδεσθαι uberiore (II, 4.) sumi, sicut Isocrati dicitur de pace p. 165. διαψεύδεσθαι τῆς ἀληθείας. Test. Gad. V. ἐνδελεχεῖ συνεχῶς τῷ ψεύδει λαλῶν κατὰ τῆς ἀληθείας.

V. 15. Οὐκ ἔςι non est, gravitatis causa incipit versum negatio; ἐςὶ c. part. I, 17. —— ἄυτη etc. haec s. quae rixosum alit animum, haec vestra cognitio; —— ἄνωθεν κατερχομένη desuper demissa (I, 5.

Digitized by Google

17.) cf. Job. XXXII, 8. Psalm. XXIV, 4. 5. 12. 14. Prov. II, 6. ὅτι κύριος δίδωσι σοφίαν καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις. Philo de profug. (p. 571. 2.) γενόμενος δὲ (σοφὸς) εὐθὺς εὐτρεπισμένην εὑρεῖν σοφίαν ἄνωθεν ὀμβρηθεῖσαν ἀπ' οὐρανοῦ. de nom. mut. 1083. οὐράνιον σοφίαν ἄνωθεν ἐπιπέμπει ταῖς ἵμερον ἀρετῆς ἐχούσαις ψυχαῖς ὁ φρονήσεως εὐθηνίαν ἔχων. de praem. et poen. 918. a. Sir. XIV, 9. οὐκ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ ὅτι οὐ παρὰ κυρίου ἀπεστάλη. Vide autem imprimis Sap. I, 4 — 9. VII, 15. 25. 26. IV, 17. 6. Horat. I, ep. 3, 27. coelestis sapientia. —— ἐπίγειος, terrestris, e terra ortus ideoque vilis, Phil. III, 19. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, Joan. VIII, 23. III, 12. —— ψυχικὸς ad τὸ ψυχικὸν seu animae partem irrationalem pertinens, sensualis, fleischlich i. q. σαρκικὸς 1 Cor. II, 14. III, 3. Jud. 17. ψυχικοὶ = πνεῦμα μὴ ἔχοντες (ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος.) Ad Platonem redire, qui de rep. IX. τὸ ψυχικὸν τῆς ψυχῆς adpellat τὸ ἄγριον, τὸ θηριῶδες, ideo licet, quod Platonica animae in partes tres divisio Judaeis erat solemnis 1 Thess. V, 23. Joseph. Antiq. I, 1. 2. Ad sensum cf. Pirke Abh. IV, 9. הגס לבו בהוראה שוטה רשע גס רוח et Philonem omnibus iis locis, quae τὴν σοφιστικὴν contentiosam perstringunt, cujus quidem exemplar ac typus ei est Cain. —— δαιμονιώδης, a daemonibus profectus (v. 6. cf. ἄνωθεν) et daemonibus conveniens (II, 19.) Diabolus hostiliter contra homines animatus (Jud. VIII, 44. 1 Petr. V, 8.) sapientiam illis communicasse dicebatur. pestiferam (vide supra v. 6. et confer fabulam libri Enochi.)

V. 16. ὅπου — ἐκεῖ nexum inter caussam et effectum notant (1 Cor. III, 3.) —— γὰρ indicat rationem cur ejusmodi sapientia sit ἐπίγειος δαιμονιώδης. —— ἀκαταστασία malus ordo, dissensiones, res perturbatae Luc. XXI, 9. 2 Cor. VI, 5. XII, 20. ubi cum ζῆλοι, ἐρίθειαι jungitur. 4 Esdr. XV. inconstabilitio. —— πᾶν

= παντοῖον = alles mögliche 1 Tim. VI, 10. —— πρᾶγμα, status et factum, Ding. Vide opposita v. 17. ἁγνή, καρποὶ ἀγαθοί. Ex more suo fructus in vita conspicuos pro animi interni documentis habet Jacobus.

V. 17. ἡ δὲ — σοφία v. 15. —— πρῶτον μὲν — ἔπειτα simplex recensio: primum, deinde; abest δὲ secundum graecae linguae genium Matthiae Gr. Gr. §. 622. W. p. 448. —— ἁγνή pura, insons, ἀναστροφὴν καλὴν ἔχουσα (13. I, 27.) ἄσπιλον ἑαυτὴν τηροῦσα. —— εἰρηνική, friedfertig, θεὸς γὰρ οὐκ ἔστι θεὸς ἀκαταστασίας ἀλλ' εἰρήνης 1 Cor. XIV. 32. Gal. VI, 7. 8. Dictum Hillelis Pirke Abh. I, 12. הרי מתלמידיו של אהרן אוהב שלום ורודף שלום Maleachi II, 6. —— ἐπιεικής, facilis, ad obsequendum pronus (εἴκω) ab ira alienus I, 19. Sap. II, 19. ἐπιεικία = ἀνεξικακία cf. 1 Tim. III, 3. = ἄμαχος Phil. IV, 5. 2 Cor. X, 1. —— εὐπειθής locum praebens persuasioni, ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι I, 19. gehorsam = gehörsam opp. ἀπειθής Tit. III, 5. —— ἔλεος II, 11. —— καρποὶ ἀγαθοί, fruges = facta (cf. v. 12. Gal. V, 22. Hebr. XII, 15. Matth. III, 5.) bona, = benefica (Rom. V, 7.) Ita vertam propter adpositum ἔλεος. Pirke Abh. I, 2. גמילות חסדים —— ἀδιάκριτος, cum jam de effectibus sapientiae verae sit sermo, ad prosopolepsias ipsi contrarias respici putem (II, 6.) = unparteiisch. —— ἀνυπόκριτος, non specie ac verbis tantum contenta (II, 16.) sed factis omnino sese exhibens. (2 Tim. III, 5.)

V. 18. Redit, unde orsus erat, ad modum tradendae veritatis christianae, (III, 1. I, 19. s.) quae pro natura hujus sapientiae nonnisi cum pace vel potius per vitam pace ac amore insignem sit propaganda. —— καρπὸς δικαιοσύνης proprie semen, quod καρπὸν δικαιοσύνης feret (I, 20.) quod δικαιοσύνην κατεργάζεται. Justificatio tanquam fructus paratur etc. Genitivus appos. ille καρπὸς, qui est δικαιοσύνη, seritur etc.

Digitized by Google

(I, 21. Rom. VIII, 23. ἀπαρχὴ πνεύματος W. 301.) Plut. a Wetst. cit. σπείροντες οὐχ ἥμερον καρπόν. Potuit quoque dici καρπὸς praegnanter, quum vera Evangelii praedicatio in ipsa fidei exercitatione quaeratur. —— ἐν εἰρήνῃ = χωρὶς ἐριθείας, v. 14. et ὀργῆς (I, 20.) —— ἐν v. 13. —— σπείρεται, vox consueta imagine ad docendum translata Luc. VIII, 5. cf. 11. Col. I, 6. 1 Cor. III, 6. —— τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην dat. actionis. v. 7. Haec verba distinctius exponunt, quod jam ἐν εἰρήνῃ sibi voluerat, non tantum ἐν πραΰτητι λόγων, sed factis (v. 13.) pacem spirantibus. —— ποιεῖν exercere pacem cf. II, 9. V, 15. IV, 17. cf. 1 Joan. II, 29. III, 8. Ipse Christus extulit τοὺς εἰρηνοποιοὺς Matth. V, 9. et benefactis suorum alios vult ad rem suam invitari Matth. V, 19. Ita profecto ἐν εἰρήνῃ ac sine rixis docetur. Test. Dan. VI, p. 658. Messiam dicit διδάσκειν διὰ τῶν ἔργων νόμον θεοῦ.

CAP. IV.

Reprehensis adhuc docendi pruritu iisque, quae eocum juncti essent, abusibus, et ad pietatem vitâ exercendam, qua optime sapientia probaretur et res christiana propagaretur, ablegatis lectoribus, jam propius ac severius eos adgreditur et fontem discordiae internum describit, pravas cupiditates, fide ipsorum theoretica et dictis religiosis haudquaquam expulsas.

V. 1. πόθεν unde? —— πόλεμοι καὶ μάχαι rixae, quae inter lectores obtinebant, de ipsa religionis traditione ortae I, 19—21. III, 16. Lites ita vocantur a LXX. Ps. XXXV, 1. CXX, 7. Gen. XXXI, 36. Neh. XIII, 11. et a N. T. Joan. VI, 52. 2 Cor. VII, 5. 2 Tim. II, 23, 24. Tit. III, 9. Il. I, 177. αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε. Test. Dan. v. p. 652. πόλεμος = μῆνις, ταραχή, Sim. IV. ὀργὴ καὶ πόλε-

Digitized by Google

μος. —— ἐν inter V, 13, 19. —— ἐκ nonne II, 5. —— ἐντεῦθεν inde, scilicet ἐκ cf. I, 27. 2 Tim. II, 10. διὰ τῦτο διὰ τὰς ἐκλεκτὰς W. p. 492. —— ἡδοναί, (v. 3.) = ἐπιθυμία I, 14. Philo sexcenties ἡδοναὶ καὶ ἐπιθυμίαι, de praem. et poen. 912. Descriptio perturbationum; αἱ ἡδοναὶ tanquam milites sibi invicem obversantur, singulis membris utentes quasi armis (III, 8.), quare significantius ἐν τοῖς μέλεσι quam ἐν ὑμῖν, cf. Rom. VIII, 23. νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μυ, VI, 13. μηδὲ παριςάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας. III, 13, 15. Eandem hanc Jacobus ante oculos habet imaginem, τὰς ἡδονὰς faciens sibi ἀντιςρατευομένας, ut Paulus Rom. VIII, 23. utramque legem dicit sibi invicem ἀντιςρατευομένην, cf. 1 Petr. II, 11. cf. Eph. IV, 5. Optime discordia coetuum ex interno perturbationum animi bello repetitur. Plat. Phaed. XV. καὶ γὰρ πολέμυς καὶ ςάσεις καὶ μάχας ὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα· καὶ αἱ τύτυ ἐπιθυμίαι. Cic. de finibus Bonor. I, 13. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. Cf. Phil. de migr. Abr. 398. C. — ὅλον τὸ ἐπιθυμίας εἶδος σύμπαντα δὴ τὸν πολεμικὸν θυμὸν etc.

V. 2. Describit apostolus oratione concisa, ponderosa, hoc bellum ejusque miseriam, quod proprie ἔχθρα θεῦ est et φιλία κόσμυ. —— ἐπιθυμεῖτε concupiscitis, ihr begehret, sc. gierig, deest objectum (I, 5. 1 Petr. II, 23.) quod saepe fit (ὐκ ἔχετε) cum negatione, Matth. XXIII, 9. XXIV, 39. ὐκ ἔγνωσαν = sie bedachten nichts. τὶ et μηδὲν saepius omitti Stallbaum ad Plat. Rep. I, p. 337. E. Gorg. p. 487. et Boeckh. in Min. et Legg. p. 112. docuerunt, quam observationem suppleas W. p. 472. 4. cf. Prov. XXI. ἀσεβὴς ἐπιθυμεῖ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπιθυμίας κακάς. —— καὶ (W. 357.) —— φονεύετε καὶ ζηλῦτε ad necem usque invidetis V, 6. cave legas φθ. et vim sententiae extinguas. (III, 14.) Invidia caedi aequipollet ante

Digitized by Google

tribunal Dei (Matth. V, 21. 1 Joan. III, 15.) animum respicientis non tantum facta. Testamentum quoque XII. patriarcharum invidiam et caedem saepius jungit Simeon. III. ὁ φθόνος κυριεύει πάσης τῆς διανοίας τȣ ἀνθρώπȣ — πάντοτε ὑποβάλλει ἀνελεῖν τὸν φθονȣ́μενον. Cf. Gal. V, 15. εἰ δὲ ἀλλήλȣς δάκνετε καὶ κατεσθίετε. — δύνασθε cf. III, 12. — ἐπιτυχ. compotes fieri (eorum, quae concupiscitis.) — ȣ̓κ ἔχετε repet. at deest καὶ, ut saepius gravitatis gratia. — αἰτεῖσθαι I, 5. simpliciter: petere abs Deo, προσεύχεσθαι V, 13. preces solemnes facere, ein Gebet verrichten.

V. 3. αἰτεῖτε, forma activa, quam sequitur forma deponens, ut aliâs Luc. XV, 6. συγκαλεῖ, 9. συγκαλεῖται. (W. 210.) Ad preces faciendas jam I, 5. hortatus erat apostolus, recteque instituendarum precum modum dixerat. (Adde locis ibi allatis Phil. de migrat. Abr. 406. D. ὁ δίκαιος ὅσα ἂν μὴ εὑρίσκῃ παῤ ἑαυτῷ, τὸν μόνον πάμπλȣτον αἰτεῖται θεόν.) Hoc loco preces, multum neglectas, nihili esse docet propter malum, quo instituantur, consilium, quocum vix constare possit illa πίστις, I, 6. — λαμβάνειν I, 7. — κακῶς mala mente. — δαπανᾷν Suidus = λαμπρῶς ζῆν καὶ σπαδᾷν. „Describit Jacobus fontem ipsum vanorum votorum; negligentiam dei et dissolutionem animi, qui sic in varia desideria ruit; plane ut in Test. Sim. III. legitur: ὅτι λῦσις τȣ̃ φθόνȣ διὰ φόβȣ θεȣ̃ γίνεται· ἐὰν τις ἐπὶ κύριον καταφεύγῃ, ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἀπ' αὐτȣ̃ καὶ γίνεται ἡ διάνοια κούφη." [S.]

V. 4. μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες adulterium Hebraeis dicebatur fidei Deo debitae neglectus et ad idola delapsus (Psalm. LXXIII, 27. Jes. LVII, 3. s. Ezech. XXIII, 37. Hos. II, 2, 4. III, 1. Soph. XIV, 12. ἀρχὴ γὰρ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων. Matth. XII, 39. XVI, 4. Joan. VIII, 39. cf. 2 Cor. XI, 2. Phil. de migr. Abr.

398. E. πολύθεος (δόξα) ὁ ἐκ πόρνης. Ita vitia Christianorum ab amore rerum mundanarum profecta adulterium constituunt. Utrumque genus copulatum (II, 15.) ad universum coetum spectat. — οὐκ οἴδατε, quippe superbientes sua religione ista commiserunt, deoque placere sibi visi peccarunt (v. 16.) — φιλία τοῦ κόσμου, mundi quasi numen opponitur Deo, ut Matth. VI, 24. μαμωνᾶς. Mundus autem, qui et II, 5. regno Dei opponitur et opes (V, 1.) et, de quo adhuc sermo erat, honorem (III, 15.) e sapientia quaesitum sua notione involvit. cf. Sir. X, 12. ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ cf. III, 19. Haud dubie alludit Noster ad Servatoris dicta Matth. VI, 24. seq. Luc. XV, 13. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. Vide quoque Rom. VIII, 7. Tit. II, 11, 12. — οὖν v. 7. 17. V, 7. = (II, 8. μέντοι,) aliâs prorsus omittitur II, 22, 24. W. 254. — βουληθῇ, aorist. conj. praecedente ἂν de re, quae fieri potest et ita cogitatur, W. 254. Pariter Latinis futur. exact. adhibetur, ex. gr. quocunque loco fuero. Verbi βούλεσθαι cave premas vim. Non enim voluerunt illi φιλόκοσμοι esse, voluerunt potius Deo placere quamvis dediti mundanis voluptatibus, ideoque paene ad nostrum mögen descendit graeci verbi sensus, ut saepe θέλειν usurpatur Plat. Phaed. 102, d. οὐδέποτε θέλει ἅμα μέγα καὶ σμικρὸν εἶναι. — καθίσταται exstat, III, 6. = steht da als. „involvit clara documenta aversi a Deo animi, quae talibus studiis et consiliis quotidie produntur“ [R.] Conclusio levissima, quae nil nisi praemissa repetit. cf. II, 21—24. Attamen majus aliquid inest alteri: ἐχθρὸς θεοῦ, quam priori ἔχθρα θεοῦ. Ille enim est Genetivus tum objecti tum subjecti, sive potius vocabulum: ἐχθρὸς active et passive (Gal. IV, 16.) intelligendum, id quod e sequentibus potet.

V. 5. Locus vexatissimus, cujus sanationes ferro

et igne haud raro factas vide apud Pott, qui recentiorum, et apud Gebser, qui antiquorum collegit explicationes —— ἢ δοκεῖτε ad id, quod proxime antecedit, respicit, ideoque ἔχθραν Θεοῦ in sequentibus expositam habemus. Jam autem imaginem Veteri T. desumtam (μοιχοί. 4.) legimus, quam pertritam si verba sequentia repetunt, mirum non erit. —— κενῶς = ματαίως nos: ein leeres Wort, —— ἡ γραφὴ λέγει scriptura, locus scripturae, ut II, 8. —— πρὸς φθόνον, φθονερῶς usque ad invidiam cf. לנצח perfecte, ad consumtionem εἰς νῖκος, Test. Dan. II. καὶ δίδωσιν αὐτῷ καρδίαν ἰδίαν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῷ εἰς φθόνον = cor sui studiosum, contra fratrem invidiose animatum. —— φθόνον, invidia, Eifersucht קנאה ζηλοτυπία, ζῆλος, Cyrill. adv. Jul. VII. p. 228. οὐκ ἄν τις οἰοῖτο νοῦν ἔχων φθόνῳ καὶ ζήλῳ πρὸς τοῦτο εἶναι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Deus populum suum tanquam maritus invidiosus observare dicitur, illorum (Deuter V, 9. 10. Ez. XXIII, 25.) ergo, qui desciscunt et quasi adulterantur, inimicus est. —— ἐπιποθεῖ = amat; deest objectum facile subaudiendum (2. I, 5.) —— τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν, Numen quod in nobis habitationem fixit. Deus, qui est πνεῦμα Joan. IV, 24., inter Israelitas habitare, sedem suam in templo fixisse putabatur; Ps. CXXXII, 8. LXXIV, 7. Exod. XXVI, 1. Joan. XXII, 19. Ad Christianos translata haec imagno bene quadrabat, quod in ipsis eorum cordibus spiritus Dei habitationem quaerit (Eph. II, 22. Joan. XIV, 23.) Ne quis τὸ πνεῦμα etc. pro accusativo sumendum putet, itemque pro anima nobis inhabitante, bene notandum, saepe factam fuisse hoc nostro verbo κατοικεῖν illius divinae in animo habitationis descriptionem Herm. Mand. X. τὸ πνεῦμα ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοί. cf. V. Test. Dan. V, p. 652. ἵνα κύριος κατοικήσῃ ἐν ὑμῖν. Joan. X. p. 712. ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ ὕψιστος. — Ceterum nullus exstat V. T. locus

Digitized by Google

nostro prorsus similis, ideoque ad sensum non ad litteram citat Jac., quod neminem, credo, offendet, qui Midrasch II, 23. datum considerabit.

V. 6. Idem vero πνεῦμα, quod rebus mundanis valedicere suos et cupiditatibus imperare vult, his ipsis, quae vulgo habentur, bonis majorem fidelibus suppeditat gratiam, —— μείζονα χάριν, majora terrestibus illis, quae repudiare jubet, beneficia. De comparativis ellipticis, sive qui res comparatas e contextu supplere jubent, v. W. p. 198. cf. II, 25. —— διὸ λέγει sc. ἡ γραφὴ, quod omittitur Eph. IV, 8. V, 14. et in epistola ad Hebraeos saepius. Ceterum haec V. T. adhibendi ratio, ut loci citati, antequam ipse proponatur, sensus ac summa servatis tamen ejus verbis extrahatur, praeter Jacobum soli Petro propria est, cf. 1 Petr. I, 16. —— ὁ θεὸς — χάριν. Prov. III, 34. cf. 1 Petr. V, 5. —— ὑπερηφάνοις sunt illi τȣ̃ κόσμȣ φίλοι, quos ζηλȣ̃ντας et προσωποληπτȣ̃ντας jam descripserat. לֵצִים cf. I. 10. πλȣ́σιοι. V, 1. Si sensum hujus allegationis proprie respexeris, idem erit monendum, quod II, 8. monuimus: de secunda parte potissimum propositionis agitur, cui prior est participialiter anteponenda, quasi dicatur: ὁ θεὸς ὑπ — ἀντιτασσόμενος τοῖς ταπεινοῖς δ. χ. —— ταπεινὸς = πτωχὸς τῷ πνεύματι Matth. V, 3, cf. I, 10. Sir. III, 18. ὅσῳ μέγας εἶ τοσȣ́τῳ ταπείνȣ σαυτὸν καὶ ἔναντι κυρίȣ εὑρήσει χάριν.

V. 7. ὑποτάγητε = ταπεινώθητε (v. 10.), seu potius plenâ obedientiâ Deo vos committite, ut sitis δȣ̃λοι θεȣ̃ (Matth. VI, 24.) ὑπ' ἐξȣσίαν αὐτȣ̃ τασσόμενοι. Forma passiva pro media (W. 214. 2.) quae adhibetur in verbis, quorum notio reflexiva eadem est, ac intransitiva. —— ȣ̃ν, v. 4., tum propter Dei ζηλοτυπίαν, qua ἐχθρȣ̀ς habet τȣ̀ς φίλȣς τȣ̃ κόσμȣ (v. 5.) tum propter ejus benignitatem in humiles, (v. 6.) —— ἀντίστητε resistite τῷ διαβόλῳ, τῷ ἄρχοντι τȣ̃ κόσμȣ (Joan.

XIV, 30. cf. v. 4.), et discordiae auctori, (III, 15.) cujus κρῖμα ipsa est arrogantia (1 Tim. III, 6. cf. Sir. X, 21.) —— φεύξεται, de diabolo fugiente multa narrant Judaei. Test. Isaschar. VII, p. 629. ταῦτα ποιήσατε καὶ ὑμεῖς καὶ πᾶν πνεῦμα τοῦ Βελιὰρ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Nephtal. VIII, p. 672. ἐὰν γὰρ ἐργάζησθε τὸ καλὸν — ὁ διάβολος φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Aser. III. p. 691. ἀναιροῦντες τὸν διάβολον ἐν ταῖς ἀγαθαῖς ὑμῶν πράξεσιν. Nobis fugere est desistere a tentationibus et ad prava instigationibus. Qua ratione igitur sit diabolo resistendum, patet; quippe cui nulla est vis nisi in eos, qui peccatis sponte sua gaudent. Nonne Jacobus pueriliter luderet his ultimis verbis, si diaboli opinionem ipse rejecisset? Quis, quaeso, in tanta admonitionum severitate adcommodationis, quam vocant, suspicionem admittat? Homo quasi in bilance positus aut superioris aut inferioris cujusdam potestatis vim, prout ipse det aditum, experitur.

V. 8. ἐγγίζειν accedere (propius ἐγγὺς), קרב, usurpatur de frequentatione templi, ubi Deus quasi habitabat, hoc loco est familiariter animum ad Deum adplicare et precibus (I, 3.) et ἀναστροφῇ in ejus quasi conspectu actâ, totâ mente et vita ei adpropinquare, ejus φιλίαν (4.) quaerere. Matth. XV, 18. Sap. VI, 20. Test. Dan. VI. ἐγγίζετο τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ παραιτουμένῳ ὑμᾶς. —— καὶ W. p. 259. —— ἐγγιεῖ Deus se praebebit familiarem, vobis occurret, praesto erit opitulans, 2 Chron. XV, 2. Ps. CXLV, 19. 20. Jes. LVII, 15. Philo de migrat. Abrah. 397. οὗτος ὁ ὅρος ἐστὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ τὸ τῷ θεῷ συνεγγίζειν, ἢ ᾧ θεὸς ἐγγίζει. Cic. Nat. Deor. I, 14. „Deus occurrit nobis in precibus, optatis, votis.“ Jam imaginibus a consuetudine lotionum iis impositarum, qui ad templum aut ad preces se accingebant, desumtis longius exponitur, qua ratione illa adpropinquatio ad Deum sit instituenda. —— καθαρί-

Digitized by Google

σατε χεῖρας. Manuum lavatio (I, 27.) puritatis symbolum erat, quae illos, qui cum Deo versarentur, decebat. Manus et pedes pro ipsis actionibus saepe dicuntur, (III, 5. sq. Rom. III, 13—15. Prov. I, 16. Jes. L, 15. 16. LIX, 2. 3. 6. Phil. de charit. 718. A. λόγου μὲν στόμα σύμβολον, καρδία δὲ βουλευμάτων, πράξεων δὲ χεῖρες. Quod deter. pot. 176, D. τὰς ἡμετέρας χεῖρας συμβολικῶς τὰ ἡμέτερα παριστὰς ἐγχειρήματα.) Quare hoc sibi vult: facinora immunda vitate, bona persequamini. 1 Tim. II, 8. ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας, cf. Pilati exemplum. Schillerus: Zum Himmel heb' ich meine reinen Hände, verfluche dich und deine That. —— ἁμαρτωλοί, qui ista, 1—3, perpetratis, — ἁγνίζειν proprie de corpore et vestibus lavandis (Exod. XIX, 10. Jos. Antiq. III, 5. p. 125. Bell. Jud. II, 8, 5, 7, 12. Phil. de decem Orac. M. II, p. 186.) qui usus totius vitae ac pectoris munditiem significabat. —— καρδίας, (III, 14.) Quam I, 27. veluti veram θρησκείαν proposuerent, vitae innocentiam, eam nunc directe ac severissime lectoribus commendat Jacobus. Cf. Jos. I, 16. λούσατε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Jerem. IV, 14. ἀπόπλυνε τὴν καρδίαν σου ἀπὸ κακίας. —— δίψυχοι impuritas enim est animi divisio inter Deum mundumque fluctuantis (4.) δίψυχοι hic sensu latiore sumendum, quam I, 8.; de toto animo in duas quasi partes inclinante, quod perbene describit Goethe: Zwei Seelen wohnen in des Menschen Brust, consentientem sibi habens Xenophontem (Cyrop. VI, 1, 41. δύω σαφῶς ἔχω ψυχὰς etc.) Philonem (de sacrif. Caini et Ab. 133, D. δύο γὰρ ἡμῖν ἑκάστῳ συνοικοῦσι γυναῖκες ἐχθραὶ καὶ δυσμενεῖς ἀλλήλαις τῶν ζηλοτυπίας τὸν ψυχικὸν οἶκον ἀναπιμπλάσαι φιλονεικιῶν) et Manichaeos, nihil profecto aliud sibi volentes famoso illo de animabus duabus dogmate. — Test. Aser II, p. 689. eum, qui ex parte tantum probe vivat, ex altera autem

Digitized by Google

vitiis indulgeat, διπρόσωπον dicit. III, p. 691. οἱ διπρόσωποι οὐ θεῷ ἀλλὰ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν δουλεύουσιν.

V. 9. ταλαιπωρεῖν, miserum esse, V, 1. miserum se gerere = ταπεινοῦν τὴν ψυχὴν I, 10. aoristus imperativi cohortationis vim auget (W. 261.) = agite sine mora. —— πενθήσατε, καὶ κλαύσατε (Marc. XVI, 10. Luc. VI, 25.) In memoria fortasse fuit Nostro dictum Jesu Luc. VI, 25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε. —— πένθειν de veste lugubri אבל Gen. XXXVII, 37. 2 Sam. XIII, 37. —— κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους. Etym. M. = Niedergeschlagenheit כפל פנים cf. Luc. XVIII, 13. de publicano oculos non attollente. Suidas = σκυθρωπότης.

V. 10. ταπεινώθητε cf. I, 6. plus continet, quam ὑποτάγητε. v. 7. His omnibus illi, desistant a moribus mundanis et arrogantia et vita libidinosa conspicuis, graviter commonentur, singulae imagines poenitentiam serio agendam designare volunt. —— ὑψώσει, ὕψος abs Deo sperandum est (I, 9 — 12.) vita post mortem beatissima, nova semper perfectione affluens (Pirke Abb. VI, 2. כלמי שעוסק בתלמוד תורה הרי זה מתעלה Quicunque operam navat legi, exaltabitur.) —

V. 11. Quae sequuntur, optime cohaerent prioribus, quum arrogantiae jam notatae exemplum admodum frequens ponant ante oculos lectorum, et quantum ista raticne reverentia Dei, quam illi affectarent, sit violata demonstrent. —— καταλαλεῖτε obtrectare, detrahere alteri calumniis. Psalm. CI, 5. καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. נרגן ibd. L, 20. XL, 17. Test. Gad. V, p. 681. οὐ καταλαλεῖ ἀνδρὸς etc. Fortasse hoc loco tum ii castigantur, qui ab aliis sese extollentibus (III, 1. 9. IV, 2. seq.) depressi calumniis spargendis vindictam petebant, tum ii, qui aliis dilacerandis propriam sibi

Digitized by Google

auctoritatem studebant parare, quem fuisse morem adversariis Pauli scimus. Sed universim apostoli praeceptum intelligatur, necesse est, de judiciis infeste ferendis (Matth. VII, 1.) et praesertim de severis quoque judiciis a gestientibus doctores esse in alios latis, tanquam legis minus accuratos observatores. —— ὁ καταλαλῶν deest γὰρ, ut aliâs (I, 8. II, 13.) cum causa dehortationis subjungitur; — καταλαλῶν repet. item gravitatis caussa (I, 6.) —— ἀδελφοῦ, jam hoc vocabulum, quantum peccetur καταλαλιαῖς, submonet, cf. 1 Joan. II, 9. —— κρίνων dependet ab articulo ὁ ante καταλαλῶν posito, (I, 25. Joan. V, 24. ὁ ἀκούων — καὶ πιστεύων.) unde videmus κρίνειν idem esse ac καταλαλεῖν, seu potius τὸ κατ. notari tanquam unum τοῦ κρίνειν genus, quum repetitus articulus utrumque sibi coordinavisset, κρίνειν Matth. VII, 1. apud Lucam VI, 38. audit καταδικάζειν. —— τὸν ἀδελφὸν articuli vides vim rhetoricam, qua emphaticus vocis ἀδελφὸν sensus profertur, quasi dictum foret: Qui fratrum aliquem calumniatur, ideoque judicat hunc, qui frater est ipsius etc. (cf. Rom. V, 2. Joan. VIII, 44.) —— καταλαλεῖν νόμον, idem contra ipsam legem committit, νόμος articulo caret, quum per se satis sit definitus, W. p. 109. — Plane consentienter meliori Judaeorum theologiae Jacobus calumniandis hominibus ipsam legem Dei calumniis peti docet, cum lex cujusque sit quasi praesidium quippe vetans omnem ejusmodi lacerationem (II, 7.) 1 Petr. II, 1. 2 Cor. XII, 20. Gal. V, 13 — 14. legis ἀγάπης perficiendae violationem vexationes mutuas adpellat. [P.] cf. Test. Gad. IV, p. 680. Fabr. τὸ πνεῦμα τῆς ἀγάπη συνεργεῖ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ εἰς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Idem hac Jacobi sententia est Judaice dictum, quod Jesus, Matth. XXV, e mysteriis christianis profert, quum quidquid in homines peccetur, sibi ipsi commissum declaret, in omnibus realiter inhabitanti. (Matth. XXV.) Est

Digitized by Google

placitum Judaeorum (Pirke Abhoth. VI, 1. כל העוסק בתורה אוהב את הבריות משמח את הבריות:) Qui studet in lege, amat et gaudio afficit homines. Jacobus, aut quod ipse in cognitione christiana sensim tantum profecit, et nondum perfectus fuerat, aut quod lectores habuit parum profectos, praeteriit gravissimum illud de Christo violandis fratribus violando mysterium, et ἰεδαϊκῶς sententiam suam exponit. — Transit hoc versu ad aliam vocis κρίνειν significationem: Quodsi ita judicia ferre sustines de lege homines dijudicando, tu nequis esse legi subjectus ac parens (ποιητὴς νόμε I, 22.) sed judicis, qui potior lege est, partes agis.

V. 12. Deest δὲ, quod omittit Jacobus, ubi singulari gravitate aliquid proponit. (II, 13. III, 2.) Unus est simul legislator et judex; εἷς ἐςιν ita Deus saepe inducitur (Gal. III, 20.) —— ὁ νομ. κ. κρ. de articulo semel posito vide v. 11. I, 27. (W. p. 113.) Deus est legislator et judex; Dei igitur officium tibi arrogas legislatoris, qui solus quoque judicium ferre potest; utrumque substantivum praedicatum constituit, quod saepe articulo insignitur W. 100. —— ὁ δυνάμενος — articulus appositionis signum, ad subjectum εἷς pertinentis grammatice, ita autem ut, quoad sensum, melius in propriam resolvatur sententiam III, 6. — ὁ δυνάμενος = ᾧ ἔξεσι Act. IV, 20. 2 Cor. XIII, 8. —— σῶσαι II, 14. de salute aeterna. —— ἀπολέσαι de aeternis suppliciis Matth. X, 28; XXVIII, 18. Joan. V, 22, 27; Act. X, 42. Servare ac perdere est judicis. Deo igitur, qui hanc potestatem habet, relinquendum judicium (1 Petr. II, 23.) —— δὲ post σύ abest recte, —— τίς εἶ; quantulus? v. 14. ποῖος. Rom. XIV, 4. Respondet haec vox τίς prioribus ὁ δυνάμενος — ἀπολέσαι, et novo inservit argumento, illa pro appositione esse sumenda. —— ὁ κρίνων, der du, appos. ad pron. σύ. Qui articuli hanc vim nescierunt, loco participii posuerunt ὃς κρί-

Digitized by Google

νεις. Homo pusillus fratrem dijudicans Dei omnipotentis munus sibi arrogat. Modo haud ita dissimili R. Ismael Pirke Abhoth. IV, 11. אל תהי דן יחידי שאין דן יחידי אלא אחד: — Dei summe et absolute reverendi reverentiam violari καταλαλιαῖς ab iis, qui respectu Dei prorsus nulli sint, aequa ratione hoc loco docetur, ac (II, 1.) prosopolepsiais fidem Christi τῆς δόξης denegari monstratur. — Apostrophe fervida eos τῦ κόσμυ φίλυς adgreditur, qui τὰ ἐπὶ γῆς σπυδάζοντες, omnia mundana abs Deo pendere obliti levi securitate consilia sua capiunt et exequuntur.

V. 13. ἄγε νῦν incipit orationem interruptam, cujus finem suppleas ex Cap. V, 1. Forma imperativi in meram interjectionem, ut vocant, abiit, W. p. 299. Cic. pro Mil. c. 21. age nunc. — οἱ λέγ. nominat. loco vocativi v. 12. W. 154. —— λέγ. I, 13. — σήμ. καὶ αὐρ. hodie et cras, notat securitatem eorum, qui in diem vivunt, nec aliquid praeter quotidianum vitae terrestris commercium curant. —— εἰς τήνδε τὴν = in hancce urbem, quae in conspectu quasi sita est. 4 Esdras XV, B. „Concupiscet enim homo in civitatem ire, et non poterit.“ —— ποιεῖν = commorari Act. XV, 33. XVIII, 23. XX, 3. 2 Cor. XI, 25. sic עשה Ez. VII, 1. latini: facere annos, et Germani in dialecto populari: machen — ein Jahr lang. —— ἐνιαυτὸν ἕνα, nota definitam temporis constitutionem, quum tamen omnia sint incerta, extraque illorum sita potestatem. —— ἐμπορευσόμεθα negotiari, κερδαίνω, lucror. Judaei quaestum facere ex mercatura jam tum solebant. Phil. in Flaccum p. 973. D. πορίζειν ἐκ τῶν συνήθων ἐπιτηδευμάτων.

V. 14. Οἵτινες ut qui, qui tamen, τὸ τῆς αὔριον (sc. ἡμέρας) = was am folgenden Tag ist, W. p. 124. Prov. XXVII, 1. Seneca: „Nemo tam divos habuit faventes, crastinum ut possit sibi polliceri. Seneca de brev. vitae.

3. Repete memoria tecum, quando certus consilii fueris, quotusquisque dies, ut destinaveras, recesserit.“ etc. —— ποία γὰρ cf. v. 12. τίς. Senec. epistol. 101. „Navigationes longas et pererratis littoribus alienis seros in patriam reditus proponimus — quum interim ad latus mors est.“ Phil. leg. alleg. II, p. 103. B. ὁ γεωργὸς φησί· σπέρματα βαλοῦμαι, φυτεύσω, αὐξήσει τὰ φυτὰ, καρποὺς ταῦτα οἴσει — ὁ δὲ ταῦτα λογισάμενος οὐκ ὤνατο ἀλλὰ προαπέθανε· ἄριστον οὖν τῷ θεῷ πιστεῦσαι καὶ μὴ τοῖς ἀσαφέσι λογισμοῖς. —— ἀτμὶς γὰρ, γὰρ repet. ut I, 6. 7. = nimirum. ἀτμὶς, vapor; —— ἡ — φαινομένη, articulo ea vaporis proprietas, qua breve post tempus evanescit, distincte et cum vi quadam rhetorica extollitur, ut germanice sit reddendum: ein Dampf, wie er bald verschw. W. 122. — Umbrae Hebraei quoque et Graeci vitam humanam conferunt. Psalm. CII, 12. Job. VIII, 9. Pind. σκιᾶς ὄναρ ἐσμὲν. —— πρὸς ὀλίγον = auf kurz, ad breve, est neutrum, ideoque supplere χρόνον non licet, πρὸς de tempore Luc. VIII, 13. XXIV, 29. —— ἀφανιζομένη secundum partic. ad artic. ἡ pertinens (W. 113.)

V. 15. Protasi adjungitur grammatice, quod, si sensum ac consequentiam respexeris (v. 16.) apodosi esset dandum. Similem habuimus constructionem I, 26. III, 6. —— ἀντὶ τοῦ λέγειν = statt zu sagen = cum potius dicendum vobis esset. —— ἐὰν — θελήσῃ formula pietatis et Hebraeis et Graecis solemnis, Act. XVIII, 21. 1 Cor. IV, 19. Hebr. VI, 3. Demosth. Phil. I. p. 218. ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ Minucius in Octav. „Si Deus dederit,“ vulgi iste naturalis sermo est. —— καὶ nolim cum sequenti καὶ copulare, quia sententia haberet aliquid inculti, coacti, addo potius hoc verbum (καὶ ζήσομεν) priori, ab ἐαν dependenti et hebraismum statuo: si Deo placet ut vivamus, quippe cujus rei in-

Digitized by Google

certitudo (v. 14.) erat affirmata, tum (καὶ) faciemus hoc illudve, de hoc καὶ apodosin inchoanti diximus (II, 4.)

V. 16. Νῦν δὲ, tales autem jam cum sitis (1 Cor. XIII, 3. XIV, 6. V, 11.) Deum nihil respicientes, elatum animum et arrogantem habentes, —— καυχᾶσθε gloriamini, sc. vos Deo esse acceptos, pios I, 20. 4. —— ἀλαζονεία Muthwillen, Ueppigkeit, luxuries, arrogantia, Sap. V, 8. 1 Joan. II, 16. Theophr. Charact. 23. ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι προςδοκία τινῶν ἀγαθῶν ὐκ ὄντων. Suid. = ὑπερηφάνεια, de plur. II, 1. ibid. diximus de hoc pron. ἐν = ὄντες ἐν, (adde Isocrat. Panegyricum p. 48. ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο περὶ αὐτῶν, ubi Bremi: praepositio hic notionem verbi habet, v. c. ἐμμένοντες cf. Matth. Gr. Gr. p. 1140. Ps. Sal. VI, 8. παντὸς ἐν φόβῳ κυρίῳ omnis Deum timentis.) Nemo facile cogitabit, tantum processisse illos in nequitia, ut vel pravitatis suae ignominia gloriarentur, quod de Catiliniariis relatum legimus. —— τοιαύτη = ejus qui ἐν ἀλαζονείαις gloriatur Deo, —— πονηρὰ (1 Cor. I, 31. 2 Cor. X, 17. Phil. III, 19. Prov. II, 14. Sir. IX, 10.) quia subest aliquid levitatis, falsi, simulati, et quia ab homine provenit, qui meliora sciens deteriora sequitur, quod v. s. exponit.

V. 17. Εἰδότι οὖν, igitur, non tam consequentiam hujus e priori sententiae sed repetitionem et clariorem expositionem illius vult dare, (v. 4.) In proverbium abierat haec sententia: τῷ μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ κρείττονος διαμαρτάνοντι συγγνώμη δίδοται· ὁ δ' ἐξ ἐπιστήμης ἀδικῶν ἀπολογίαν ὐκ ἔχει, προςάλωκως ἐν τῷ τοῦ συνειδότος δικαστηρίῳ. Phil. in Flaccum. p. 966, C. Pertinet proprie conjunctio οὖν ad verba: ἁμαρτία αὐτῷ ἐςί, quae respondent τῷ: πονηρὰ (v. 16.) ut ita cohaereant: omnis ejusmodi gloriatio improba; peccatum igitur committit, quicunque etc. (idem observavimus II, 8.) —— καλὸν ποιεῖν, bona facinora committere, honeste agere, cet.

III, 13. — ποιεῖν II, 18. V, 15. = ἐργάζεσθαι II, 9. —— μή W. 399. —— ἁμαρτία culpa, reatus, ut Rom. V, 13. —— αὐτῷ ἐστὶν = ei inhaeret culpa, αὐτῷ ponderose repetitur, cum jam in participiis sit contentum. Pronomen demonstrativum participio postpositum ejus notionem evehit. Noster hic locus vere Dativi absoluti exemplum praebet, quum immissi pronominis αὐτῷ ratio non possit quaeri in pluribus, quae Participium et verbum finitum secernant, vocibus (W. 180. 3. cf. tamen p. 139. 3.) Videre licet, Jacobum omnia, quorum monitionem suis inculcandam censuerat, ad thema suum primarium revocare, recti scientiam requirere recti exercitationem, neque cognovisse et fidem habuisse sufficere, I, 22. seqq.; II, 12. seqq. Simili utique ratione III, 18. vitâ ἐν εἰρήνῃ agenda doctrinam tradi καλῇ ἀναστροφῇ sapientiam demonstrari jusserat.

CAP. V.

V. 1. Quod, I, 10. seqq., breviter indicaverat, id sermone prophetico latius et fervidius expenit, cladem tristissimam imminere divitibus, qui mundi amore abrepti alios afficiant injuriis. Judaeorum plures haudquaquam puro animo ac consilio Christo nomen dedisse, exinde jam probabile est, quod felicitatis Messianae exspectationem ad res sub oculos cadentes et sensibus acceptas referre consueverant, et Judaeis qualibuscunque ipso jure esse destinatam salutem a Massia afferendam confidebant. Quare non est quod miremur, Christianis tam gravia et atrocia dari crimini. Attamen veri est simillimum, non distincte Nostrum fecisse inter Judaeos ac Christianos discrimen, et Judaeos potissimum Christianis infestos (II,) hac apostrophe petivisse. —— ἄγε — οἱ v. IV, 13. πλούσιοι sensu malo IV, 13, 16 Luc. XVIII, 25. Soph. V, 8. τί ὠφέλησεν

Digitized by Google

ὑμῶν ἢ ὑπερηφανία; καὶ τί κλῆτος μετὰ ἀλαζονείας etc. —— κλαύσατε aoristus imperativi aliter ac II, 18. III, 13. stilo prophetico rem mox certoque eventuram designat, W. p. 261. —— ὀλολύζοντες ejulantes, הילִיל Jes. XV, 3. Suidas = θρηνεῖν. Utriusque verbi idem significantis haec conjunctio Hebraeorum Infinit. absolutum graece reddit, W. 293. aliam ejusdem Infinit. absol. formam graecam habemus V, 17. Haec ad fletum provocatio imitatur prophetas, imprimis Zach. XI, 2. cf. Jer. IV, 8. Joel. I, 5, 13. Mich. I, 8. Amos VIII, 1 — 10. —— ἐπὶ propter W. 336. β. —— ταλαιπωρίαι miseriae Zach. XI, 2, 3. Quales intelligantur miseriae, jam I, 10, 11. praedictae, facile patet ex v. v. 5, 7, 9. Praeter ipsam judicii severitatem cogitare licet de calamitatibus e spe communi adventui Messiae praecedentibus, quae omni luxus et divitiarum generi fatales essent. Schoettg. Hor. Hebr. II, p. 512. —— ἐπέρχεσθαι futurum esse, supervenire, ἐπὶ, quum objecto careat, et pronomen ὑμῶν jam substantivo ταλ. sit adpositum, nolim aliter ac de tempore intelligere, quem sensum in ejusmodi compositionibus saepius habet, quam vulgo observatur (Esther VII, 8. Act. XXVIII, 13. Gal. III, 15. Tit. I, 15. 2 Cor. V, 2.?)

V. 2. σήπειν putrefieri, πλῆτος igitur divitias denotat putredine subjectas, frumentorum (v. 4.) apparatum, nisi, quod praeplacet, de omni opum genere poetice dictum sit σέσηπε, ut I, 11. μαραίνεσθαι tempus praeteritum prophetis adhibetur ad eventus alicujus certitudinem, quasi jam esset factus, exprimendam (Nostro loco corrige W. 203.) —— τὰ ἱμάτια vestes (II, 2.) et Judaeis et aliis incultioribus populis praecipua erant luxuriae instrumenta, cf. Gen. XXXV, 2. XLI, 14. Jos. VII, 21. Jud. XIV, 12, 13. 2 Sam. XII, 20. Jes. III, 22. Zach. III, 14. Matth. XI, 8. Luc. XVI, 19. Horat. Chlamydes Lucullus, ut ajunt, Si

Digitized by Google

posset centum scenae praebere rogatus, Qui possum tot, ait: tamen et quaerant, quot habebo Mittam. post paullo scribit sibi millia quinque Esse domi chlamydum: partem vel tolleret omnes [P.]

V. 3. Singulae divitiarum partes potissimae recenseri perguntur. Test. Levi XIII. p. 576. καὶ χῶραι καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ πᾶσα κτῆσις ἀπολεῖται. —— κατιόω, ab ἰὸς aerugo. Aurum aerugini esse obnoxium quum rerum naturalium negent gnari, (Hierocl. in aur. carm. Pyth. ὁ χρυσὸς μόνος τῶν ἄλλων ἰὸν ἐ. ποιῶν. Theognis 451 de auro τῦ χροιῆς καθύπερθε μέλας οὐχ ἅπτεται ἰὸς, ἐδ' εὐρὼς αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρόν. Plin hist. nat. XXXIII, 3. P.) multi fuerunt interpretes in vindicanda Jacobi veritate, sed nihil aliud fecerunt, quam mathematicus, qui Homeri picturas calculo et mensura est adgressus. Nempe verbi hujus non alia ratio est ac verbi σέσηπε (2.) Quam bene autem haec imago de auro pariter ac argento aerugine confecto quadret, inde discimus, quod teste Strabone a fumosa maris mortui fuligine κατιῦται καὶ χαλκὸς καὶ ἄργυρος καὶ πᾶν τὸ στιλπνὸν μέχρι καὶ χρυσῦ. Id κατιῦσθαι autem, si Diodor. Sic. II, 48. audimus, coloris tantum fuit mutatio ex halitu bituminis profecta, (ἀποβάλλειν τὴν ἰδιότητα τῦ χρώματος.) Quare ἰὸς quoque (Epist. Jer. V, 11, 23.) attribuitur auro. Ceterum ἄργ. et χρυσ. et pro vasis ex eisdem conflatis et pro pecunia ponuntur, ut nobis dicitur: das Geld im Kasten verrosten lassen. (Cic. Tusc. V, 21. abacos complures ornavit argento, auroque caelato = vasibus aureis etc.) —— εἰς μαρτύριον — accusationi, documento improbitatis inserviet, testimonium perhibebit Matth. VIII, 4. X, 18. — ὑμῖν contra vos Matth. X, 18. XXIII, 13. cf. Luc. IX, 5. εἰς μαρτ. ἐπ αὐτὺς. Est dativus, ut ajunt, incommodi, W. p. 171. —— ἔσται ad tempus futurum transit, quum judicium, cui alluditur, ne poëtice qui-

dem repraesentari tanquam actum posset. Quo pacto autem ὁ ἰὸς sit εἰς μαρτύριον, facile patet. Arguit primum, illos rei caducae et fragili tanquam fini bonorum adplicasse animum, (Matth. VI, 19. Luc. XII, 15. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει· ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν·) tum autem, humanitatem, quae in levanda beneficiis egenorum miseriâ constat (II, 13. Luc. XII, 33. πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν καὶ δότε ἐλεημοσύνην Luc. XVI, 9.) iis cordi non fuisse. — καὶ φάγεται, jam post perf. et fut. habemus praesens, quo tempore quasi ante oculos pingitur poena. Praeclare ὁ ἰὸς ipsos bonorum corrasores et cumulatores adtingere et comedere dicitur (cf. I, 11.) poenarum imago ipsis subeundarum. — τὰς σάρκας emphatice (v. 5.) quum ejusmodi homines nihil sint nisi σάρξ. — ὡς πῦρ, qua similitudine supplicia vitae futurae corpus maxime cruciantia solent denotari (Jud. 7. Matth. XXV, 41.) ea haud dubie a prophetarum creberrimo usu est desumta (Jes. X, 16, 17. XXX, 27, 30. XXXIII, 11. Jer. V, 14. Ez. XV, 7. Am. V, 6. Zach. IX, 1.) Simillimum nostro loco est dictum Judithae XVI, 17. ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν, καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος. Ceterum ignis edere Graecis quoque dicitur Il. Ψ. 177 — 183. — ἐθησαυρίσατε sc. τοὺς θησαυρούς, Matth. VI, 19. W. p. 475. Jac. verba transitiva saepius objecto carere jubet (I, 5.) — ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, ex v. 7, 8, 9. intelligitur, ultimos ante judicium dies denotari (אחרית ימים) tempus proxime antecedens aevo Messiano, novum rerum ordinem inchoanti, improbis formidando. Similis locutio 1 Joan. II, 18. Virg. Aen. II, 24 E. Nos delubra Deûm, miseri quibus ultimus esset Ille dies, festa velamus fronde per urbem, 324 venit summa dies et ineluctabile tempus. Sensus: vere

evenit, quod minor, jam enim sunt dies ultimi etc. Gravitatis caussa hoc dictum ἀσυνδέτως priori jungitur (v. II, 13.)

V. 4. Jam non tantum nimius rerum mundanarum amor et opum abusus sed nefandus quoque eas parandi et adhibendi modus notatur. —— ἰδοὺ cum ad pluralem pertineat, verbi rationem exuit, et in meram interjectionem transiit, v. 1. ἄγε, cf. II, 3, 4. —— ἀμᾶν Hesych. θερίζειν, abmähen. —— χώρα = ἀγρός. „Messores nominantur, quia hi mercedem suam nonnisi gravissimo labore acquirunt, ob incommoda aestus solisque intemperiem.“ [R.] —— ἀπεστερημένος = detractus Maleachi III, 5. —— κράζει, clamat ipsa materia peccati contra injustos; admodum poëtice atque ex sensu aevi incultioris sed jus fasque reverentis dictum. Pariter cruor Abeli, parricidio interfecti, ad coelum clamat, Gen. IV, 10. cf. XVIII, 20. Exod. II, 23, 24. Job. XXXI, 38. In nostram quoque linguam eadem phrasis transiit, ex. gr. Koernerus: Die Schande unsrer Töchter schreit um Rache. Perduxit nobis eam imaginem tum Scripturae usus tum scholasticorum terminus: peccata coelum clamantia. —— βοαὶ, querelae, luctus, ululatus miserorum et injuste violatorum. Viri docti notant, in Oriente moris esse, ut homines ingenti clamore judicem adeant; cf. Chardin Voyages en Perse Tom. VI. p. 294. „Ses parens s'en vont à la justice avec des cris horribles“ etc. Sunt igitur hae βοαὶ querelae ultionem postulantes, i. q. κράζει. —— εἰς τὰ ὦτα — εἰσελήλυθασιν = comperta sunt. Ad hominis imaginem V. T. Deum repraesentat, ne corporis quidem similitudine neglecta. De qua cum sine dubio jam inclyta illa imago divina (Gen. II.) quadam ex parte sit intelligenda, singula humani corporis membra, brachium, oculi, aures, facies cet. Deo adscribuntur. De auribus adhuc sermo est (Num. XIV, 28. 1 Chron.

Digitized by Google

XXIX, 8. Sap. I, 1, 10.) de auribus Dei apertis. (Ps. X, 17. CII, 3. XXX, 16.) clausis (Jes. LIX, 1. Ez. VIII, 18.) Philo de somniis p. 599. ὁ δὲ λόγος σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον ταῖς περὶ τοῦ Ὄντος ἐννοίαις ἀεὶ χρώμενος, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἀφρόνων βίον παιδεῦσαι γλιχόμενος ἀνθρώπῳ μὲν εἴκασεν· καὶ στόμα καὶ φωνὴν etc. περιέθηκεν — οὐ πρὸς ἀλήθειαν τὸ κεφάλαιον τοῦτο τῶν λόγων ἀναφέρων ἀλλὰ πρὸς τὸ λυσιτελὲς τῶν μανθανόντων. Non tantum apud Rabinos, qui haud raro anthropomorphismos ultra justum modum extendebant, eadem aurium Dei mentio saepe occurrit, (Pirke Abh. II, 1. דע מהד למעלה ממך עין רואה ראוזן שומעת Considera quid sit super te, oculus videns, et auris audiens.) sed nostra quoque lingua vulgari haec imago teritur, neque certe poësi ac rhetoricae religiosae detrahere hunc anthropomorphismum subtilitati cuidam Samaritanae permittemus. (Grüneisen, über bildliche Darstellung der Gottheit.) —— Κύριος σαβαώθ, dominus exercituum. Ita primus audit Deus in libris Samuelis, (2 Sam. VII, 26. V, 10. 1 Sam. XVII, 45.) quum heroica Judaeorum aetas floreret. Exercitus Dei sunt et stellae et angeli. Phil. de praem. et poen. 916. D. ἥλιον καὶ σελήνην, πλανήτας καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας καὶ τὸν σύμπαντα οὐρανὸν ἐν τάξει μετὰ τῆς οἰκείας στρατιᾶς. Gen. XXXI, 1. 2. Deut. IV, 19. Ps. XXXIII, 6. CXLVIII, 2. Jes. XLV, 12. Jer. XXXIII, 22. Dan. VIII, 10. Deinde autem hoc nomine potestas Dei summa insignitur. (Psalm. XXIV, 10. etc. Rom. IX, 19. Jes. I, 9. VI, 3. etc. Jer. XV, 15.) Prophetis imprimis hoc nomen tritum fuit, ad quorum orationem noster contextus adscendit. Peccatum hic notatum contra legem (Levit. XIX, 13. Deut. XXIV, 14.) commissum perstringitur quoque a Malachia, III, 5. — καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχὺς ἐπὶ — τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ. Jerem. XXII, 13. Tob. IV, 15. Cf. Synopsis Soharitica p. 100. N. 45. „Cum pauper opus aliquod servile per-

agit in domo quadam, halitus ab ore ipsius prodiens sub gravi illo labore ad noctem usque sursum adscendit. Vae igitur illi patri familias, qui mercedem ejus retardat.“ Sibyll. II, p. 221. ed. Dallaeus, Μισθὸν μοχθήσαντι δίδε· μὴ θλίβε πένητα.

V. 5. τρυφάω et σπαταλάω omnis generis luxuriem, delicias exercere, 1 Tim. V, 6. —— ἐπὶ τῆς γῆς primum opponitur τῷ: κυρ. σαβ., tum ex parallelismo ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς significat rerum terrenarum sortem instabilem et caducam (v. 3.) Ita Jesus mentionem facit opum ἐπὶ τῆς γῆς Matth. VI, 19. —— τρέφω poscere, saginare, —— τὰς καρδίας (cf. I, 26.) lat. animum mulcere, καρδία saepe est animi pars inferior, sedes τῶν πάθων Cohel. IX, 3. Matth. XV, 19. Luc. XXI, 34. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ cf. Col. II, 23. —— ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Patet eandem imaginem, qua noster ἐθρέψατε etc. dixerat, hic retineri, ideoque ἡμέρα σφαγῆς ad ipsos illos τρεφομένες quasi mactandos pertinere. Interitus proxime instat vestrae luxuriae, quam agitis velut in in ipsa jam mactationis die (v. 3. ἐν ἐσχάταις ἡμέραις) Alludit ad diem ante festum paschatos mactandis victimis destinatam; (Philo de septenar. p. 1190.) ut Jerem. XII, 3. ἅγνισον αὐτὲς εἰς ἡμέραν σφαγῆς αὐτῶν, XXV, 34. Phil. in Flacc. p. 990. C. σιτία μὲν καὶ ποτὰ καθάπερ τοῖς θρέμμασιν ἐπὶ σφαγὴν δίδοται. — Alia prorsus imagine nos dicimus: das Henkermahl.

V. 6. Luxuriae socia est injustitia et crudelitas (ut egregie docet Noster Gellert in: Herodes und Herodias) quare adduntur h. l. luxuriis saevitiae. —— καταδικάζειν condemnare. Fuit ante oculos liber sapientiae II, 20. θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτὸν, nempe v. 10. πένητα δίκαιον, contra quem impetus adversariorum improborum per totum caput recensentur, ex. c. v. 12. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, v. 19.

Digitized by Google

ὕβρει καὶ βασάνῳ ἐτάσωμεν αὐτὸν, ἵνα γνῶμεν τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ καὶ δοκιμάσωμεν τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ. — τὸν δίκαιον est ille quasi ante oculos versatus justus, (cf. I, 11.) — ἐφονεύσατε cf. IV, 2. Sir. l. l. v. 20. XXX, 22. Φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀφαιρούμενος συμβίωσιν καὶ ἐκχέων αἷμα ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθίου. Injustitia illa adversus egenos perpetrata committi crimen ejus homicidii, (1 Joan. III, 15. odium esse homicidium declaratur) de quo velut exemplo summae nequitiae liber tritissimus agat. — οὐκ ἀντιτάσσεται sine copula et pronomine ponderose additur (II, 13.) praesens rem ante oculos ponit; cf. Matth. V, 39. μὴ ἀντιστῆτε τῷ πονηρῷ.

V. 7. μακροθυμεῖν אֶרֶךְ אַף iram differre, animo leni sustinere injurias = ὑπομένειν I, 3. cf. infra v. 10, 11. — οὖν ad judicii divini propinquitatem scelestis fatalem probis faustissimam respicit, prioribus versibus propositam. Neque eam infitias, si quis pariter versui sexto hunc jungat, ita ut exemplo τῆς μακροθυμίας ad eandem animi lenitatem usque servandam excitentur. — ἀδελφοὶ I, 2. transitum significat ab increpatis illis superbis ac luxuriosis ad eos, qui graviter ab istis sunt afflicti. — ἕως non tempus tantum sed rem quoque indicat, qua ἡ θλίψις μακροθύμως toleranda tollatur, v. ἕως ἂν λάβῃ etc. de Genit. v. W. 294. — παρουσίας τοῦ Κυρίου reditus Domini Christi, tum ab ipso (Matth. XXIV, 27. XXV, 34.) tum ab Apostolis (2 Tim. I, 10. IV, 1. 2 Petr. I, 16. Act. I, 11. 1 Th. XIV, 16. etc.) praedictus, et omnis spei animos illius aevi Christianorum erigentis consolantis et confortantis summa ac centrum. — Κύριον esse Christum (II, 1.) neque Deum patrem (4, 10, 11.) praeter constantem N. T. doctrinam jam ex Judaeorum theologia probatur, non ipsum Deum sed Dei vicarium Messiam sistente judicem. — ἰδοὺ imago explanandae

Digitized by Google

sententiae causa prolata. III, 3, 4. V, 4. Quantum Noster amet ex natura rerum desumere imagines, jam aliquoties observare licebat (I, 10, 17. III, 3, 4, 5, 7, 10, 12.) —— ἐκδέχεται — μακροθυμῶν si vim notionum spectas, positum est pro: ἐκδεχόμενος μακροθυμεῖ, (v. I, 14.) —— τίμιος καρπὸς pretiosus fructus, nos: die kostbare, die liebe Frucht. —— ἐπὶ respectu ejus (Joan. XII, 16. Apoc. XXII, 16. 11.) nisi vividius et ingenio Jac. omnia ad intuitum quasi praesentem referenti accommodatius ἐπὶ localiter sumas, quasi intentus in segetem, *supra eam* (II, 7. infra v. 14.) —— ἕως ἂν λάβῃ, usque dum accipiat sc.: ὁ καρπός. —— ὑετὸν πρώϊμον „pluvia, quae sub finem Octobris coelo demissa semen in terram jactum turgescere facit (מורה), —— ὄψιμον, (מטר מלקוש) quae mense Martio cadens, messemque praecedens ipsas aristas plenas granaque turgida reddit. Ab his quidem pluviis omnis in Palaestina et Aegypto pendet terrae fertilitas, messisque ubertas, et saepius utriusque pluviae in S. codice mentio fit. Deut. XI, 23. XXVIII, 12. Job. XXIX, 13. Prov. XVI, 15. Jerem. III, 3. V, 25. Hos. VI, 3. Joel. II, 23. Zach. X, 1. Noli vero mirari autumnalem pluviam hic πρώϊμον, vernam vero ὄψιμον nec potius vice versa vocari, nam Judaeis a mense Octobris annum incipientibus auctumnus vere prior erat.“ [P.] Tertium comparationis spes est aequo semper animo tenenda. Tibull II, 7, 3.: Spes alit agricolas, spes fulcis credit aratris Semina, quae magno foenore reddat ager. Menander ap. Stob. ὁ τῶν γεωργῶν ἡδονὴν ἔχει βίος ταῖς ἐλπίσιν τ' ἀλγεινὰ παραμυθούμενος. Frequentissima est imago e re rustica, ubi paullatim ad maturitatem coeli favore perduci fruges conspicimus, ad res Messianas translata. Matth. XXIV, 32.

V. 8. Μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς sc. ut agricola (καὶ I, 11. III, 5.); repetitur exhortatio jam ante ex-

Digitized by Google

emplum data, (v. I, 10. 11.) —— στηρίζειν καρδίας (v. 5.) stabilire corda, Jud. XIX, 5. 8. Psalm. XXXI, 25. חזקו ויאמץ לבבכם 1 Petr. V, 10. στηρίξει, σθενώσει. —— καρδία paullo aliter, ac v. 5. animus est simpliciter, ut centies. —— ἤγγικε adpropinquavit, Matth. III, 2. IV, 17. XXVI, 45. Rom. XIII, 12. 1 Petr. IV, 7. Ex propinquitate illius omnium rerum conversionis, quam redux Christus effecturus sit, solatium petere Paulus quoque docet, 1 Thess. III, 13. Etenim de vero reditus ultimi tempore incerti (Act. I, 7.) pro amoris sui in Christum ardore et religionis, omnia, quae in mundo fierent, ad Christi ad dextram Dei sedentis et suos adjuvantis contraque mundi nequitiam defendentis gubernationem referendi severitate istam rerum omnium conversionem, quam suo tempore eventuram sensus optimorum praesagiebant, victoriam puta a novo Christianismi ingenio de Judaeorum perversitate orbisque pagani decrepita vitiisque maculata senectute reportandam, cogitatione sua (1 Cor. XV, 23. 1 Thess. II, 19. IV, 15. V, 23. 2 Thess. II, 1, 8, 9. 1 Joan. II, 18. Rom. XIII, 11.) jungere cum ultima hujus terrae restauratione haud dubitabant, erroris quidem haud accusandi alîus, quam quod indefinitam Jesu praedictionem accuratius definirent opinione tamen non doctrina sua, quippe probe memores, in rebus divinis temporum humanae rationis nullum esse respectum (2 Petr. III, 8.)

V. 9. στενάζειν ingemiscere, graviter conqueri, lenius paullulum quam v. 4. κράζειν. —— κατ᾽ ἀλλήλων contra Matth. XII, 10., si quis a proximo injuria affici sibi videtur. Num forte injuriae a divitibus patiendae (v. 1 — 6.) hic intelliguntur, et a molestius eas ferendo οἱ ἀδελφοὶ cavere sibi jubentur? Haec μακροθυμία a Jesu saepius commendatur Matth. V, 10—12. 25. —— ἵνα μὴ κριθῆτε, Christiani, quorum preces primariae sunt: ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, animo

Digitized by Google

placabili ac leni contra offendentes si esse recusant, ipsi crimen haud facile subeunt. (Matth. XIX, 23 — 35.) Itaque qui animo exacerbato injuriam ab aliis sibi illatam ferunt, Deique judicium quasi provocant, ipsi condemnabuntur. —— ἰδοὺ (v. 4.) —— ὁ κριτής v. 8. ὁ κύριος. —— πρὸ — ἕστηκεν praesto est (v. 8. ἤγγικε.) Matth. XXIV, 33. ὁ κριτὴς ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. Apoc. III, 20.

V. 10. Transit ad exempla μακροθυμίας, ad quam tum e natura rerum tum e fide christiana adhortatus fuerat, e V. T. proponenda. (cf. II, 21.) —— ὑπόδειγμα exemplum ad imitandum propositum Joan. XIII, 15. = ὑπόγραμμον 1 Petr. II, 21. —— τῆς κακοπαθείας καὶ μακροθυμίας, si notionem extricaveris accuratius, leges τῆς ἐν κακοπαθείᾳ μακροθυμίας, (cf. I, 13.) Ceterum ut nostro loco ὑπόδειγμα sic 1 Thess. II, 14. μιμηταὶ non de iis dicitur, qui sponte imitantur, quam potius quibus simile aliquid contingit. —— κακ. malorum perpessio, labor, calamitas, Phil. leg. alleg. II. p. 85. E. πόνος καὶ κακοπ. Recensentur prophetarum calamitates Hebr. XI, 35. seq. Matth. XXIII, 34. V, 12. —— τῷ ὀνόματι = בשם = auctoritate Matth. VII, 22. X, 41. cf. XVIII, 4. Lev. XIX, 12. Prophetae quoque, quamvis munere et mandato divino insignes, mala perpessi sunt grandia, at μετὰ μακροθυμίας, quorum vos isti, miseriam vestram querentes, imitamini exemplum.

V. 11. Non eget suo praemio ἡ μακροθυμία, μακαρίζομεν (cf. Matth. V, 2. seq.) אשר beatum praedicare, Isocr. περὶ εἰρήνης. —— ὑπομένειν (I, 3. cf. Matth. XXIV, 13.) ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται, tempus praesens huic propositioni vim et formam sententiae generalis impertit; quare quamvis exempla ex antiquitate afferantur, cave, mutes cum veteribus: ὑπομείναντας. W. p. 289. —— τὴν ὑπομονὴν repet. IV, 16. jungitur asyndetos (v. II, 13.) —— Ἰὼβ a Tobia

Digitized by Google

velut exemplum κακοπαθείας proponitur II, 12, 14. De articulo ante Ἰὼβ omisso haec tene: (hisque corrige W. p. 102.) Nomina propria, quae flecti nequeunt, articulum tum modo flagitant, cum ipsorum casus nec alia ratione definitur, et relatio quaedem remotior id fieri jubet. Habent igitur articulum in Dativo, carent eo in Genitivo posita, nisi forte nomen regens longiore intervallo absit (Matth. XXII, 42.) ἀκούειν de cognitione e sacris scripturis hausta (Matth. VI, 21.) inde dicitur, quod illae in Synogogis legi solebant. —— τὸ τέλος Κυρίου exitus, quem Deus fecit, Dei auxilio faustissimus; est genitiv. subj. (W. p. 204. cf. 1 Petr. III, 14. 2 Cor. XI, 26. Test. Gad. VII. p. 685. μὴ ζηλώσητε· ὅρον γὰρ Κυρίου ἐκδέξασθε· ἢ γὰρ ἀφαιρεῖται αὐτὰ etc.) et τοῦ μακαρίζειν quasi rationem reddit. Si ante τοῦ Κυρίου esset articulus, vix ita sumi posset, articulus autem deest, quum genitivus notionem quodammodo adjectivam contineat ad τέλος pertinentem. —— εἴδετε non minus ac ἠκούσατε de re olim facta et nunc nonnisi ex scriptis haurienda adhibetur Hebr. III, 19. [P.] Quasi praesentibus lectoribus τέλος illud factum est, (Gal. III, 1.) —— πολύσπλαγχνος = εὔσπλαγχνος Eph. IV, 32. 1 Petr. III, 8. = πολυελέος Clem. Rom. πολυποίκιλος Eph. III, 10. à σπλάγχνη רחמים praecordia cor, misericordia; in illis enim misericordia et compassio habitare Hebraeis videbatur, Test. Zabul. II, p. 632. εἰς οἶκτον ἦλθον ἐγὼ, καὶ ἠρξάμην κλαίειν, καὶ τὰ ἧπατά μου ἐξελύθησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ πᾶσα ἡ ὑπόστασις τῶν σπλάγχνων ἐχαυνοῦτο ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. —— ὁ Κύριος repetitur, quo sententia prostet gravius (ut I, 7.) —— οἰκτίρμων misericors, οἶκτος. Deus enim, qua est humanitate et misericordia, patientes atque afflictos tandem sublevare et debitis praemiis ornare haud omittit. Ps. CIII, 8. Exod. XXXIV, 6. cf. Sir. II, 7—9, 10. ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε, τίς ἐνεπίστευσεν

Digitized by Google

κυρίῳ καὶ κατῃσχύνθη; διότι οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος. Psal. Sal. X, 8. ὅτι χρηστὸς καὶ ἐλεήμων ὁ θεός. Test. Jud. XIX. p. 611. ὁ θεὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων. Test. Zab. IX, p. 644. ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ καὶ εὔσπλαγχνος. Si caussam quaeras, cur Jesu Christi exemplum atrocissimas calamitates patienter et sine gemitu tolerantis Noster non adhibuerit, nihil habeo, quod respondeam nisi, Jacobo Christi dignitatem divinam et Messianam potius quam humanae virtutis excellentiam ante oculos fuisse versatam (II, 1. V, 7. 8. 9.) illumque ut in aliis rebus sic in hac quoque a visu mere theocratico aut, si mavis, judaico nondum fuisse progressum ad sententiae christianae plenitudinem, aut tales habuisse lectores, qui plenae veritati de Messiae persona, humanae virtutis exemplo, audiendae nondum essent pares. Id quod egregie Petrus, Jacobi adumbrationem sequutus, supplevit 1 Petr. II, 23. seq.

V. 12. Jam quum justum, qui Christianos deceret vivendi et sentiendi modum generatim delineaverit, (v. 7—11.) singula quaedem addit ad singulos usus et abusus in illis obvios spectantia. Primum a jurando dehortatur. —— Πρὸ πάντων, (1 Petr. IV, 8.) tanto gravius abusus jurandi interdicitur, quanto tritior erat inter Christianos ex Judaeis, praecipue inter eos, qui IV, 13. mercaturae operam dabant, quantoque pejus peccatur illa dicendi levitate in Deum, quam accusationibus illis v. 9. injuria adfectorum adversus homines. — ὀμνύναι c. Acc. v. W. p. 182; aliâs cum Genitivo Hebr. VI, 13. 16. cum ἐν Matth. V, 34. construitur. —— τὸν οὐρανόν — ὅρκον· alias jurisjurandi formulas v. Matth. V, 34. seq., quod Jesu dictum noster respexit. Judaei enim ad fidem jurejurando firmandam valde erant proclivi (Phil. de decalogo p. 758), at Dei nomen inserere dubitabant. Phil. de Specc. legg. 770. A. προςλαβέτω

Digitized by Google

τὶς εἰ βύλοιτο, μὴ μὲν τὸ ἀνώτατον καὶ πρεσβύτατον εὐθὺς ἄιτιον, ἀλλὰ γῆν, ἥλιον, ἀςέρας, ὐρανοὺ, τὸν σύμπαντα κόσμον. Omnia haec tanquam testes rei confirmatae advocantur. Quam impiam levitatem Jesus l. l. vetat. Judaeorum quoque nonnulli, velut Esseni, ab jurejurando sese abstinebant (Jos. Bell. Jud. II, 8. 7.) et ipse Philo jusjurandum non fidei sed infidelitatis esse signum contendit (de decalogo, 756. C. ὁ ὀμνὺς εἰς ἀπιςίαν ὑπονοεῖται) quare illo abstinere optimum judicat (ibid. κάλλιςον δὴ καὶ βιωφελέςατον καὶ ἁρμόττον λογικῇ φύσει τὸ ἀνώμοτον, ὕτως ἀληθεύειν ἐφ' ἑκάςυ δεδιδαγμένῃ ὡς τὺς λόγυς ὅρκυς εἶναι νομίζεσθαι.) — ἤτω pro ἔςω I, 19. cf. III, 3. v. W. p. 73. — δὲ nolim simpliciter opponere τῷ: μὴ ὀμνύετε, quasi recta tantum affirmandi et negandi ratio commendetur = sondern; vertam potius: aber, vielmehr; nova enim exhortatio incipit, — ὑμῶν Genitivus arte nomen regens I, 3. —— τὸ ναὶ affirmatio, votre oui; secundum ναὶ praegnanter accipiendum = sit vera affirmatio, et negatio vera negatio, sive: *ne mentiamini.* Ita enim ut dictum intelligamus, severa, quae sequitur, comminatio flagitat, et locus Philonianus l. docuit, quomodo haec cum priori jungatur exhortatio. Veritatem usque colite, tum jurisjurandi non est opus, quod ipsum vestram veracitatem reddit suspectum. (Aliter paullo Jesus Matth. V, 37. ἔςω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναὶ, ὂ ὂ = ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ affirmatio vestra sit simplex affirmatio etc. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τῦ πονηρῦ ἐςίν, quaecunque adpositio, quae fidem demum paret, mali est originis, etenim ex ipso fidei defectu provenit. 2 Cor. I, 17. ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ ὂ ὂ — ut idem et affirmandi et negandi levitas in me cadat.) —— ἵνα μὴ — πέσητε, respiciunt ad v. 9. cujus comminationem augent. πίπτειν ὑπὸ Ps. XVIII, 39. 2 Sam. XXII, 39. πέσητε futurum conj. id indicat, quod potest fieri W. p. 229. A mentiendo, leviter jurandi fonte, Christianos de-

hortetur necesse est judicium, quod cujusvis verbi rationem requiret. (Matth. XII, 36. cf. Apoc. XXII, 15; 1 Joan. II, 21.; Eph. IV, 25.)

V. 13. Jam quid in singulis fortunae ac vitae casibus Christianis conveniat, exponitur. —— κακοπαθεῖ τις — Si quis (v. 10.) malis laborat; indicativus rem quasi praesentem facit (W. p. 234. cf. p. 144.) deest particula hypoth.; III, 13. — ἐν IV, 1. — προσεύχεσθαι precari, fundere preces, quum αἰτεῖν et αἰτεῖσθαι sit proprie aliquid expetere, illud beten, hoc bitten. —— εὐθυμεῖν bono animo esse, posito effectu pro caussa, bene se habere, felici fortuna gaudere, hoc sensu tantum hoc N. T. loco. — ψάλλειν, fidibus canere, gratias agere. Utramque sortem Deo acceptam referas, e tristi ab illo servari studeas, pro laeta ipsi gratias reddas.

V. 14. Ἀσθενεῖν aegrotare (Matth. X, 8. XXV, 36. Marc. VI, 56; Luc. IV, 40. —— προσκαλεσάσθω advocandos curet. —— πρεσβύτεροι „alias ἐπίσκοποι, προεστῶτες, ποιμένες, προϊστάμενοι dicti (1 Tim. III, 2. V, 17. Eph. IV, 11. 1 Thess. V, 12.; Rom. XII, 8.) similes Archisynagogis Judaeorum (פרנסים) ii erant in singulis ecclesiis Christiani, quorum cura atque auctoritate, sive sit illa ex senectute sive doctrina sive aliunde oriunda, cuncta, quae tam ad institutionem, quam ad externam ecclesiarum disciplinam spectabant, ex apostolorum mandato dirigebantur atque disponebantur. v. Vitringa de Synogoga, vetere L. II, c. 11. p. 595. Hos potissimum advocari jubet, quia τὸ χάρισμα ἰαμάτων (1 Cor. XII, 9.) cum iis communicatum erat.“ [P.] Consulto Noster presbyteros jubet advocari, etsi alia quoque et privata ecclesiae membra illo charismate gaudebant. Noluit enim tumultuario charismatum usu (1 Cor. XII, 1. sqq.) ordinem jam docendi promiscue pruritu (III, 1.) labefactatum magis turbari. Haud igitur novum quasi remedium docuisse sed remedii semper usitati rectum usum

Digitized by Google

commendasse putandus est. —— τῆς ἐκκλησίας, sui coetus (W. 92.) —— ἐπ' αὐτὸν sumam localiter: super eum (sc. inclinantes) v. II, 7. (W. 344.) —— ἀλείφω, ungo; —— ἔλαιον oleum veteribus (Galen. de comp. med. II, Plin. H. N. 31, 47. Colum. VII, 5, 18.), imprimus Judaeis (Jes. I, 6. Jerem. VIII, 22. XLV, 1, 11. Joseph. B. J. I, 335.) ob vim salutarem maximi habebatur. Philo de Somniis p. 1116. καὶ γὰρ λεαίνει καὶ κάματον σώματος λύει καὶ εὐσαρκίαν ποιεῖ κἂν εἴ τι κεχαλασμένον εἴη σφίγγει πυκνότητι καὶ οὐδενὸς ἧττον ἑτέρου ῥώμην καὶ εὐτονίαν ἐντίθησι. Cf. Marc. VI, 13. Luc. X, 34. ubi Jesus suis miras quoque hoc remedio sanationes efficiendi vim et facultatem tribuit. —— v. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου jungātur cum ἀλ. et προςευξ. = nixi sua cum Domino (II, 1.) necessitudine, quippe quae spem potiundi petitis praebet (Joan. XIV, 13. XVI, 23.) Neque autem praetermittenda ipsa nominis invocatio, quippe quam in perficiendis sanationibus plurimi fuisse momenti compertum habemus. Act. XVI, 18. cf. Marc. XVI, 17. Joa. XVI, 23 tum ἐν quasi instrumentum indicaret, cf. v. 10. ubi deest.

V. 15. ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως, genitivus hebraizans (I, 23.) preces fide plenae, πίστις latiore sensu, quam I, 6. videtur sumi, quum peccatorum remissionem nancisci dicatur; bene Grotius: profecta ex fide in Christum. ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως τῶν προσευχομένων πρεςβυτέρων ipsius aegrotantis πίστιν quasi alluminet, inflammet. Conjunctae igitur preces tum ipsius aegroti tum πρεςβυτέρων πνευματικῶν ἐλαίῳ ἀλειφόντων sunt intelligendae, eaeque salvum reddunt, (Psalm. XXX, 3.) —— σώσει duplici sensu sumendum, primum de restituenda valetudine = sanabit (Matth. IX, 21, 22. XIV, 30. Marc. VI, 56.) tum de altiori animi restitutione (I, 21. II, 15.) = salvum reddet. Utraque salus τοῦ κάμνοντος aegrotantis, cubantis, diserte describitur verbis sequentibus,

Digitized by Google

— ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, dominus eum e lecto quasi eriget (העמיד, הקים Exod. XXI, 21. Jerem. XXXII, 14. Rom. IX, 17. Marc. I, 31.) Minime igitur magice vel precibus vel unctionibus aegroti sanantur, sed vi Christi divina precibus fide plenis excitata, cujus efficaciae corpora aegrotantium oleo quasi paria redduntur. — κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, si forte peccata commiserit. Locutio haec conditionalis (W. 240.) restringatur necesse est, quum omnes πολλὰ πταίειν auctor jam monuerit (III, 2.); Si peccata commiserit, quae velut naturalem, ut dicunt, poenam istam morbum secum haberent (Matth. IX, 2, 5. Joan. V, 14.) Judaei omnes omnino morbos peccatorum aegrotantis esse poenas statuebant, quare dicitur Nedarim fol. 41, 1. Nullus aegrotus a morbo sanatur, donec ipsi omnia peccata remissa sunt. Exemplo hoc (ᾖ πεποιηκὼς I, 17.) participii cum εἶναι juncti angeas regulam Wineri (p. 294.) de historicis tantum libris loquentis. ἁμ. ποιεῖν 1 Joan. III, 8. — ἀφεθήσεται αὐτῷ absolute ponitur: ihm wird vergeben (I, 5.) Noli de singulari numero queri et pluralem quaerere, quasi αἱ ἁμαρτίαι condonentur; non αἱ ἁμαρσίαι sed τὸ πεποιηκέναι ἁμαρτίας proprie condonatur,

V. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα. Singuli sibi Christiani velut fratres eodem patre misericorde usi humiliter peccata sua invicem confiteri jubentur, vide 1 Joan. I, 19. Jam apud Judaeos confessio inter initia virtutis censetur, nec immerito. Judaeorum virtus, a lege perfecta, erat, peccata nosse non vitare. Psalmi referti sunt confessionibus et posterior adhuc theologia sublimior confessores laudibus celebrat. Phil. leg. Alleg. 55. ubi Judas tanquam τύπος confitentium sistitur; de Somn. 1136, ubi insipientiae, ἀρνήσει, opponitur ὁμολογία, ibid. 1149. βιάσεται τὸ μὲν πρῶτον ἐξαγορεῦσαι τὸ ἁμάρτημα, τὸ δ'ἔξι κακίσαι

ἑαυτόν. cf. 4 Esd. VIII. nemo est de confitentibus, qui non deliquit. De confessione sacerdotali (ἀλλήλοις!) nemo ingenuus cogitabit; sed de confessione explicita revera loquitur Apostolus, qua quantum valeat ad emendandum animum, quis est qui negabit? Nemo certe Christianus, quum Plato quoque eos, qui deliquerint, ultro ad judicem ire jubeat, ut illius ope, poena scilicet idonea, grandi malo, quod peccatis inest, deliberentur. —— τὰ παραπτώματα peccata, quae commiseritis; ita articulus II, 18. Peccata, quae commisimus, nobis invicem confiteri jubemur, quae confessio ipsa et humilis et fraterni animi testis multum facit ad vitam emendandam et vinculum imprimis mutuae caritatis, quo omnis lex absolvitur, arctius jungit. (cf. oppositum IV, 12. κρίνειν.) — Idem effectus est precum pro mutua salute fusarum —— εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων. Cap. I, 6. in precibus faciendis fiducia requiritur, IV, 3. precum sui tantum commodi factarum injuria notatur, nostro loco Christiani ad precationes pro mutuis iisque veris nempe animi commodis fundendas compelluntur. —— ὑπὲρ 1 Tim. II, 1. 2. —— ὅπως ἰαθῆτε noli nectere e verbo: εὔχεσθε, quasi τὸ ἰαθῆναι grammatice sit objectum precum, sed τὸ ἰαθῆναι effectus salutaris et precum et confessionis est. Confitemini et precamini, tum salvi eritis. (W. p. 386.) —— ἰᾶσθαι = σώζεσθαι imagine ex antecedenti sententia retenta (III, 3. I, 11.) malis omnibus et animi et corporis liberari, Jes. VI, 10. Ps. XXX, 3. Sir. XXVIII, 3. Matth. XIII, 15. Luc. IV, 18. Joan. XII, 40. Act. XXVIII, 27. 1 Petr. II, 24. Epict. sentent. ex Stobaeo nr. 86. p. 132. ed. Reland. ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. Esseni (אסא) et Therapeutae a sanandis animis sic appellati. Qua ratione confessio hanc ad sanationem faciat, bene monet Arrianus, quem (exped. Alex. VII, 26.) excitat P.: Unicam peccati medicinam esse censeo ὁμολογεῖν τε ἁμαρ-

τόντα, manifestumque poenitentiae documentum edere. Nam qui injuriam accepit, non ita graviter laesum se judicat, si is, qui laesit, perperam se fecisse fateatur, et bona alicui spes sit, se non amplius injuria affectum iri, si eum, qui affecit, poenitentiam facti sui prae se ferre appareat.“ Precum autem quanta sit efficacia, propositio sequens exemplis juncta demonstrat. — πολὺ ἰσχύει multum pollet; γὰρ deest graviter (3.) — δέησις proprie preces petitoriae, Bittgebet = αἰτεῖν, αἰτεῖσθαι articulo caret ob sequentem Genitivum (W. 110.) — δικαίου item articulo caret brevitatis, quae pondus sententiae auget, gratia (I, 20.) eines Gerechten; δίκαιος = pius, quales Christiani, etsi peccent, sunt. — ἐνεργουμένη = ἐνεργὴς, εὐχὴ ἐνεργὴς Eustath. Od. δ, p. 197. = energisch, mit rechtem Ernst vollzogen. ἐν πίστει (I, 6.) Ad sensum cf. Sir. XXXV, 20. Jud. IX, 13. Ps. Salom. VI, 8. καὶ κύριος εἰσήκουσε προσευχὴν παντὸς ἐν φόβῳ θεοῦ, καὶ πᾶν αἴτημα ψυχῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιτελεῖ κύριος. Precum justam rationem illa voce innui e versu seq. patet πρ. πρ.

V. 17. Ἡλίας, iterum V. T. exemplum (v. 10.) — ἄνθρωπος pleonastice ut I, 8. 9., quare caveas notionem primarium hac sub voce quaeras. — ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν = eadem perpessus ac nos; ita malim, quum ad κακοπαθεῖς (v. 10.) sermonem faciat Jacobus, quos confidenter et ἐνεργῶς precari jubet, quosque monet, exemplum mox proponendum malis perpetiendis insignibus ipsis haud esse dissimile, quam coll. loc. Act. XIV, 15. Sap. VII, 3. vertere: homo perinde ac nos. — ἦν καὶ pro ὢν vide supra (III, 5.) — προσευχῇ προσηύξατο, imitatio infinitivi Hebraeorum absoluti (W. 390.), qui alias repetito participio exprimitur (V, 1.) = ἐνεργῶς πρ. — τοῦ μὴ βρέξαι, non simpliciter objectum sed finis precum hac formula notatur; non dicitur, Eliam rogasse ne plueret (αἰτεῖσθαι τὸ μὴ

Digitized by Google

βρέξαι) sed preces fudisse hac fine, ne etc. damit es nicht regnete. —— ἵνα μὴ (W. p. 270.) De Elia preces faciente silet V. T. nisi huc trahere velis 1 Reg. XVII, 1. cf. XVIII, 15. Jam aliquoties Nostrum invenimus traditiones sequentem (II, 23. IV, 5.) Inter exempla προσευχομένων Elias libr. 4 Esd. VII, recensetur: „Oravit Elias pro his qui pluviam acceperunt.“ Ob eandem quoque caussam de chronologia, nullo modo ad verbum et diem cum 1 Reg. XVIII, 1. concilianda, ne simus solliciti. Numerabant fortasse Judaeorum doctores a fuga Eliae (1 Reg. XVII, 9.), ubi res fit expeditior. Lucas quoque de hac re IV, 25. ἔτη τρία καὶ μῆνες ἕξ habet. Quis non sentit pondus dictionis τοῦ μὴ βρέξαι, καὶ οὐκ ἔβρεξεν. Cf. Gen. I, 3. fiat lux et facta est lux.

V. 18. πάλιν προς — cf. 1 Reg. XVIII, 42. —— βλαστάνω, aliâs sensu neutro, hic activo, proferre, emittere. —— τὸν αὐτῆς, plantas, quas ferre solet. — Precum vide vim exemplo perquam conspicuo illustratam. Quanto magis sperandum, et aegrotorum restitutionem et animi a vitiis sanationem iisdem posse impetrari.

V. 19. Hic versus proxime cohaeret cum iis, quae praecedunt; mutua illa fratrum caritas, qua pro malis et animi et corporis medicinam a communi domino invicem petere jubentur, sese haud minus exserat curiosa errantes in justum tramitem reducendi sedulitate. ὁδὸς consueto Hebraismo pro vita dicitur, ut I, 9. pro vitae fortuna, ita hic pro vivendi ratione, Phil. quod omnis probus liber 865 ὁδὸς = ἔργα et λόγοι. —— ἀδελφοὶ I, 16. —— ἐν ὑμῖν IV, 1. —— ἀλήθεια, non utique idem est, ac λόγος ἀληθείας, sed vita huic λόγῳ conformis. Ps. CXIX, 30. Joan. III, 21. 1 Joan. I, 6. 3 Joan. 4. —— πλανᾶσθαι errorem practicum (v. 20.) designat, non theoreticum, ut I, 16. = verirren, auf

Digitized by Google

Irrwege gerathen. Ps. CIX, 10. 2 Petr. II, 15. 1 Tim. VI, 10. —— ἐὰν c. Conj. vid. II, 2. —— ἐπιστρέφω (aliàs intransitive: revertor,) reduco (Luc. I, 16, 17.) sc. errantem ad bonam viam, rectam vivendi rationem, bekehren, emendare.

V. 20. γιγνωσκέτω, consideret! (Joan. XV, 18.) qua consideratione scilicet omnes excitantur, ut istud sibi cordi esse sinant; —— ὁ ἐπιστρέψας, is qui reduxerit; —— ἁμαρτωλὸν i. q. πλανηθέντα. —— ἐκ πλάνης ὁδοῦ ex errore viae = ex erratica via, Irrweg. Erant autem ad hanc curam illi praesertim provocandi ejusque gravitate proposita impellendi, qui delinquentes malignis judiciis damnare consueverunt. (IV, 11.) Pariter Paulus (Gal. VI, 1.) fratrem in peccato comprehensum leniter corrigendum (καταρτίζετε ἐν πνεύματι πρᾳότητος) commendat. —— σώσει, transit Jac. ad futurum, quum rem faciendam tractet (v. 2.) ψυχὴν, (cf. Matth. X, 39. XVI, 25.) non simpliciter: *eum*, sed: partem ejus potiorem, immortalem. Graecis σώζειν ψυχὴν est vitam servare. —— θάνατος I, 15. —— καλύψει heb. כסה Psalm. XXXII, 1. obtegere, occultare, e conspectu removere, ideoque de peccatis remittere, Rom. IV, 7. Redeuntis ad frugem peccata remittuntur, cujus remissionis igitur quodammodo caussa est ille ἐπιστρέψας. Sed justa de caussa indistinctius loquitur Apostolus; non enim possumus non realem vitiorum sanationem intelligere, quam ille servando alterum perficit; fontem multimodae perversitatis destruet, ne alter peccare pergat, impedit. Quid quod de ipsius quoque τοῦ ἐπιστρέψαντος peccatis intelligere licet sententiam! In ipsius quoque profectum redundabit alterius emendatio a se inchoata. Id quoque in animo habuisse nostrum concludimus e trita Judaeorum sententia: Jom. fol. 87 1. Quicunque multos ad justitiam adducit per ejus manus non perpetratur peccatum,

Digitized by Google

quod dictum in Pirke Abhoth. ita audit: כל המזכה את הרבים אין חטא על ידו (πλῆθος ἁμαρτιῶν = πολλαὶ ἁμαρτίαι, πλάνη ὁδῦ cf. III, 13.) Prorsus consentit nostro loco dictum 1 Petri IV. 8. ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν, (ubi fortasse praestat legere καλύπτει) Caritas mutua et remittendorum et impediendorum reprimendorumque peccatorum caussa ac mater est. — Ad egregiam hanc sententiam conferre juvabit dictum Christi Matth. XVIII, 15. ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σῦ, ὕπαγε, ἔλεγξον αὐτοῦ — ἐὰν σῦ ἀκύσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σῦ, unde videmus, Hebrais id, quo ad aliquid incitare velint, simpliciter inter effectus ejus, ad quod volunt adigere, recenseri. — Desunt salutationes ad singulos homines singulasve ecclesias pertinentas, nulla forte aliâ de caussâ, quam quod scriptor epistolae lectores ipsos ad faciem parum cognitos haberet. Quare finis paullulum abrupta ne quem offendat.

Digitized by Google

TRACTATIO ISAGOGICA.

CAP. I.

Argumentum.

Totius epistolae finis eo absolvitur, ut calamitatum piam patientiam rectumque omnino usum commendet, et a vitiorum omni genere, quibus lectores, in illo praesertim tristi conditione siti, neque per doctrinam Evangelii pristina perversitate prorsus exuti, facile essent dediti, deterreat. Id consilii autem hac ratione persequitur. Orsus ab admonitione scriptor, calamitatum usum salutarem docente, quippe quae patientiam vita proba conspicuam alere possint, et ad hanc vitae probitatem factis exercendam excitante (2 — 4.) quae ulli desit sapientia, magni aestimata, abs Dei benignitate confidenter ex peti jubet. Semper autem omnes ante oculos habeant instantem rerum terrestrium conversionem, ut veram suam, quae longe majori loco sit, dignitatem tueantur, et praemio victoribus proposito potiantur (5 — 12.) Quaecunque superveniant impedimenta, ea non abs Deo sanctissimo sed e propria cujusvis perversitate et mala concupiscentia oriri, verae hominum pestis fonte, quum Deus nonnisi bona et perfecta largiatur (13 — 17.) Qui quum benigne Evangelium concesserit, ejusdem vi regenerante Christianos excelsissimo et simpliciter primo loco fuisse positos. (18.) Qua nobilitate ut sese dignos exhibeant, discendi fideliter cupidi ac studiosi, docendi et irate se extollendi sint parcissimi; requiri enim Evangelio animum submissum et

Digitized by Google

placabilem, sine quo nemo neque sibi neque aliis salutiferum ejus fructum parare queat. Abjiciendum igitur, quidquid fordidatis e vetere vitae consuetudine adhuc insideat, et cum lenitate Evangelio salvos reddenti obtemperandum. (19—21.) Quod autem didicisse nemo satis habeat; nonnisi qui vitam ac mores ad scientiam accommodent, salutis illo propositae revera fieri participes (22—25.) Verum enim cultum tum in morum innocentia ac sanctitate, tum in mansuetudine fraterna adversus alios exercenda constare. (26—27.) In hac ipsa autem re multifarie lectores peccare, discrimina inter divites pauperesque admittendo, et aequalitatem, quae fratres deceat, uni Domino Christo adhaerentes, violando; quam legis regiae transgressionem graviter iri punitum (II, 1—13.) Fidem nullam esse, pseudofidem, diabolicam, quin vita et factis exseratur. (14—26.) Hanc esse debere summam cujusque curam; perverse autem illos scientiae mortuae amatores docendi pruritu abripi, peccatisque inde variis et atrocibus provenientibus obrui. Dicendi acerbitatem indoli Christianae religionis quin ipsi naturae adversari et a diabolo instigari, quum sapientia coelitus demissa pacem augeat, omnisque lenitatis sanctitatis probe factis edendae fons sit. Vita igitur pia et sapientiam comprobandam et inter alios promovendam esse. (III, 1—18.) Omnes ejusmodi abusus originem ducere e mundanis, quibus adhuc obstricti tenantur illi, voluptatibus; ancipite adhuc pede illos haerere inter Deum, cui placere velint et mundum, cui valedicere dubitent, ad quod generose tentandum proposita beata spe graviter evocantur (IV, 1—10.) Deum ipsum judiciis de fratre inique ferendis lacessi, quippe cujus leges de amore servando nihili habeantur (11, 12.) Hominem suae fragilitatis immemorem, si pro lubitu in terris agere pergat, de Deo gloriari non posse, sed graviter peccare, quum recte agere, quod

Digitized by Google

seiat, omittat. (13 — 17.) — Prophetico deinde sermone oputentis superbis denuntiatur interitus (V, 16.) pauperibus spes divinitus instantis auxilii, quo freti patientiam agant, proponitur, (7 — 11.) Eadem vero judicis semper praesentia a mentiendo et leviter jurando deterreat. (12.) Quodcunque eveniat sive bonum sive triste, ad Deum precibus quisque se convertat. (13.) Aegroti inde salutem animi et corporis petant, (15.) omnesque fratrum errantium ad sanam frugem reducendorum curam sedulo agant.

CAP. II.

Status lectorum internus et externus.

Christiani, ad quos data est epistola, quum e Judaeis nisi omnes, tamen longe plurimi essent, (I, 1. II, 21.) multis adhuc erroribus et abusibus e priore conditione retentis obstricti fuisse apparent, etsi Jesu Messiae nomina erant professi. Inter quos haud levissimus 1. is est, qui fine primi et secunda parte secundi capitis diserte impugnatur, de fidei mere theoreticae, de solius rerum sacrarum cognitionis pretio ac momento. Quae merae cognitionis aestimatio unde orta sit inter Judaeos, hic longius inquuere necesse haud erit, quum facile intelligatur, ipsius ἐθελοθρησκείας insanae studium tandem eo debuisse reduci, et insignem atque ceterarum gentium religionibus longe praestantiorem de Deo doctrinam, qua Judaei gaudebant, quaque vel egregios paganorum philosophos superare merito gloriabantur, illis et in perditis patriae rebus publicis justo solatio et innatae superbiae pabulo inserviisse. (Phil. quod Deus sit immut. p. 314. τὸ τέρμα τῆς ὁδοῦ γνῶσίς ἐστι καὶ ἐπιστήμη θεοῦ· ἀλλ' οὐχ ἑνὶ ἀνδρὶ ἔξεστι· μόνον αὐχῆσαι παρὰ Μωσεῖ τὰ προτέλεια τῆς σοφίας ἀναδιδαχθέντι,

ἀλλὰ καὶ ὅλῳ ἔθνει πολυανθρωποτάτῳ.) Qua fiducia freti praeceptorum partes inter gentes agere consueverant (Rom. II, 17 — 20.) et proselytorum ad sacra sua alliciendorum cupidissimi erant (Matth. XXIII, 15.) Quum autem calamitatem, qua diu opprimerentur, publicam secundum ipsius S. S. effata pro justa peccatorum poena non habere non possent, neque tamen propterea spem futurae felicitatis certissime recuperandae deponerent, in communi morum depravatione et flagranti nequitiae omni genere, quo consolarentur, praeter ipsam spem ac fiduciam, nihil habebant. Ea autem inde ab exilio semper ita viguit, ut prima et unica laus populi peccatis obruti existeret, et meritum quoddam, cui Deus gratiam impertiret, dici posset. Qua propter quartus Esdras, qui totus in vindicando Dei favore, ne per supplicia quidem atrocissima, quae templum terramque sanctam diruerant, a gente antiquitus electa abhorrente versatur, aliam populi justitiae divinae castigationibus merito subjecti excusationem nullam habet praeter cognitionem Dei et fidem Deo usque praestitam. Cap. VII. „Num alia gens *cognovit* te praeter Israel? aut quae tribus *crediderunt* testamentis tuis sicut Jacob? Non invenitur nomen tuum nisi in Israel.“ Pariter Psalt. Sal. VIII, 35. Dei misericordiam invocat, ὅτι ἡ πίστις σου μεθ' ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ἐσκληρύναμεν τὸν τράχηλον ἡμῶν (quamvis etc.) cf. VII, 5. ἐν τῷ κατασκηνοῦν τὸ ὄνομά σου ἐν μέσῳ ἡμῶν, ἐλεηθησόμεθα. Ibid. II, 37. paganos aeterna supplicia manent, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν αὐτόν. cf. Sir. II, 10. τίς ἐνεπίστευσεν κυρίῳ καὶ κατῃσχύνθη; 11. ἀφίησιν ἁμαρτίας καὶ σώζει etc. Ita factum est, ut fides et cognitio Dei Judaeis pro virtute summa haberetur. Cf. 4. librum Maccabaeorum, (seu περὶ λογισμοῦ ed. Haverkamp.) p. 518. mater fratrum Maccabaeorum celebratur δείξασα τὴν τῆς πίστεως γενναιότητα. Eadem (ibid.) filios adhortatur ὑμεῖς τὴν αὐτὴν πίστιν (quam

patres habebant) ὡς τὸν θεὸν ἔχοντες μὴ χαλεπαίνετε. Virtus igitur temporum seriorum prima fuit fides, ut priorum obedientia. Ipsa tempestatis illius conditio haec erat, ut fiduciam in Deo positam non abjicere, divinae legi ac sponsionibus credere magni et probi animi duceretur. Multus est Philo in extollenda fidei dignitate, qua scilicet omnem pietatem ac felicitatem comprehendi asserit. Est enim (de Cherub. Pf. II, 46.) ἄμωμον καὶ κάλλιστον ἱερεῖον πίστις, quod is Deo offert, qui omnia in Deum esse referenda cognoscit; est eadem κόλλα Deo adglutiens (de Abr. Pf. III, 472. τίς ἦν ἡ κόλλα; εὐσέβεια δήπε καὶ πίστις) ideoque omnis constantiae et firmitatis fundamentum (de conf. ling. Pf. III, 328.), omnis spei summa (mirg. Abr. III, 430.) et virtutum quasi medulla (de Abrah. Mang. II, 39.) μόνον ἀψευδὲς καὶ βέβαιον ἀγαθόν ἡ πρὸς θεὸν πίστις, παρηγόρημα βίε, πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων, κακοδαιμονίας ἀπόγνωσις, εὐσεβείας γνῶσις, εὐδαιμονίας κλῆρος, ψυχῆς ἐν ἅπασι βελτίωσις etc. Quare merito ἡ πίστις (μόνῳ πιστεῦσαι θεῷ) inter gravissima numeratur, nec nisi animi vere elati ac coelestis esse affirmatur (quis rerum Pf. IV, 40.) Quantum his omnibus Philo, profundioris cujusdam philosophiae assecla animo ad veram pietatem tendente praeditus accedit ad religionis christianae quasi medullam, tantum alii leviores frivola opinione seducti et temporis sui nativo illo dogmate abusi ab ingenio verae pietatis recedebant et in funestum errorem incidebant, meram divinae legis cognitionem fidemque eam, quae in solo assensu divinarum promissionum constet, sufficere, nihilque praeterea requiri, ut Deo aliquis probaretur, nisi illam fiduciam vel pessimis moribus junctam. Vide quid Justinus Martyr Judaeis crimini det (fin. dial. c. T. ἀλλ' ἐχ ὡς ὑμεῖς ἀπατᾶτε ἑαυτὲς καὶ ἄλλοι τινὲς ὑμῖν ὅμοιοι, οἳ λέγεσιν ὅτι κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, θεὸν δὲ γιγνώσκεσιν, ἐ μὴ λογίσηται

αὐτοῖς κύριος ἁμαρτίαν. Neque ea injusta criminatio esse videtur. Ipse enim Philo quoque τὸν παιδείᾳ βελτιωθέντα longe praesse contendit τῷ ἀσκητικῷ, et τὴν τελειότητα in Deo videndo (ὅρασις θεοῦ) constare dicit, quod peculiare bonum est Judaeorum, Israelis. (Somn. 1132.) Pariter auctor 4. Maccab. 498. σοφίαν celebrat tanquam virtutum primam, eamque τὴν τοῦ νόμου παιδείαν adpellat. Alia enim πάθη omnia quum extra animam in corpore posita sint, solam inscitiam ipsi animae adhaerere, quae expelli nequeat nisi sapientia lege contenta. Adde quae supra e quarto Esdra et Psal. Salom. conscripsimus. Imprimis autem huc pertinent Rabbinorum dicta frequentissima, salutem aeternam e *cognitione* legis nectentia Pirke Abh. II, 9. קנה לו דברי תורה קנה לו חיי העולם הבא: Ibid. 21. אם למדת תורה הרבה נותנין לך שכר הרבה שכרן של צדקים לעתיד לבוא: Ibid. VI, 4. בתורה אתה עמל אם אתה עשה כן אשריך וטוב לך אשריך בעולם הזה וטוב לך לעולם הבא: Ibid. VI, 1. ubi varia doctrinae commoda recensentur, כל־העוסק בתורה לשמה זוכה לדברים הרבה ולא עוד אלא שכל־העולם כלו כדי הוא לו נקרא רע אהוב VI, 6. גדולה תורה יותר מן כהנה ומן המלכות: שהמלכות נקנית בשלשים מעלות והכהנה בעשרים וארבע והתורה נקנית בארבעים ושמונה דברים: VI, 8. גדולה תורה שהיא נותנת חיים לעושיה בעולם הזה ובעולם הבא: Quid quod tandem Sohar ad Coheleth XVIII, 6. sic habeat: Quicunque mundum futurum intraturus est sine cognitione, etsi non careat bonis et magnis facinoribus, tamen expellitur ex omnibus mundi futuri portis? Cf. disputationem Akibae et Tarphonis (Kidduschin XL, 2.) qua evincitur, legis scientiam pluris esse legum servatione, et in ultimo judicio illius potissimum habitum iri rationem. Non est dubium, quin ante christianae rei originem ista jam cognitionis aestimatio obtinuerit. Id certe colligere licet ex Joan. VII, 49. ὁ ὄχλος μὴ γιγ-

Digitized by Google

νόμων τὸν νόμον ἐπικατάρατοί εἰσιν. Quam ob rem Paulus accusat Judaeos Rom. II, 17. seqq. quod legis scientia glorientur legis ipsi transgressores — εἰ δὲ σὺ ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα — — ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις. Ita Pharisaei, qui bene docebant, neque agebant (Matth. XXIII, 3.), non in emendandis suorum moribus sed legis doctrina iis imbuendis laborabant (ibid. 15.) Quae omnia adhuc disputata nisi sufficerent ad comprobandum id, quod contendimus, alia praesto sunt argumenta, quibus extra dubii aleam ponitur, jam inter Judaeos fuisse eos, qui sola rerum divinarum cognitione Deo se probari confiderent. Saepissime enim ipsum hunc errorem saniores theologorum refellunt. Cf. praeter loca annotationi ad I. adscripta Philo de congressu 430. ἡ γὰρ ἄνευ πράξεως θεωρία ψιλὴ οὐδὲν ὄφελος τοῖς ἐπιστήμοσιν. de vita Mos. p. 72. (Mang.) Λόγου δ' ἄρα οὐδὲν ὄφελος τοῦ τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα σεμνηγοροῦντος, ᾧ μὴ πρόσεστιν οἰκείων ἀκολουθία πράξεων. de ebrietate (Pf. III, 266.) τί γὰρ τῷ σοφίας ἀγόνῳ λόγων ἀκροάσεως ἱερῶν ὄφελος, ἐκτετμημένῳ πίστιν καὶ παρακαταθήκην βιωφελεστάτων δογμάτων φυλάξαι μὴ δυναμένῳ; Pirke Abh. III, 12. כל שמעשיו מרבין מחכמתו חכמתו מתקימת וכל שחכמתו מרבה ממעשיו אין חכמתו מתקימת: cf. III, 22. — Quum igitur, unde factum sit, ut fides seu fiducia pro summa virtute a Judaeis haberetur, docuerimus, simulque demonstraverimus, legis accuratam cognitionem eadem laude gaudere, nihil mirandum videbimus, quod sensus fidei tandem in meram illam rerum divinarum scientiam extenuatus sit. Certe nomen πίστις varie usurpatur, ubi de fiducia nullus sermo est (de plant. Noe. 229. ἱερουργίαι γε μὴν καὶ ἡ περὶ τὰς θυσίας πίστις = religio, quae circa sacrificia versatur) et locorum allatorum nonnulla cognitionem

Digitized by Google

Dei diserte aequiparant fidei. Saepissime tamen Philo sensu latiori et paene Paulino de πίστει loquitur. Quid ergo proclivius erat, quam Judaeos praedicatione evangelii ad sacra christiana conversos, quae ad spem Messianam, potissimam fidei Judaeae partem, sive repletam sive brevi replendam pertinebant, opinionum ac morum priorum tenaces eodem abusui hanc novam fidem mandare. Certe judaicam fidem, ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι, eam fuisse, qua lectores epistolae gloriarentur, quamque ad excusandam vitae perversitatem protenderent vera fide in Christum destitutae, patet. Persimiles Christanos Hermae Pastor prorsus judaizans notat: Sim. VIII, 9, 10. „Crediderunt quidem Deo (NB. non dicit Christo) in sceleribus vero conversati sunt; nunquam tamen a Deo recesserunt, sed semper nomen domini lubenter tulerunt; in fide perseveraverunt, sed opera fidei non exercuerunt. Unde mature hunc ecclesiae christianae e Judaismo irrepsisse errorem videmus. Quo quum imbuti lectores epistolae fuerint, monendi erant, ejusmodi fidem vel diabolis competere.

2. Attamen ista theoriae aestimatio tantum abest, ut ab omni prorsus praxi abhorreret, ut actionum ad religionem κατ' ἐξοχὴν pertinentium, (cf. l. c. ἡ περὶ τὰς θυσίας πίστις) ἀσκήσεως quippe anxiae haberetur fulcrum. Tanta enim erat hujus generis praescriptorum farrago, tanta omnium vitae quotidianae conditionum legibus definita inepta religio, ut harum ipsarum accurata cognitio pro insigni virtute valeret et illam aestimationem participaret, quae ipsi sedulae exercitationi tribuebatur. Propterea cognitio magni putabatur, quod ad sanctitatem istam pharisaicam duceret, et nonnisi doctus vir pius dicebatur. Kidduschin XL, 2. propterea laus cognitionis celebratur, quod ipsa sua sponte ad praxin religiosam ducat. Pirke Abh. II, 7.

אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד׃

Digitized by Google

Constat e Macc. XII, 43—45. juxta *πίστιν* seu *εὐσέβειαν* sacrificia esse flagitata, ut Judaei bello interemti beata post mortem sorte potirentur (*ἱλασμὸν τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι.*) Istam doctorum judaicorum insanam *θρησκείαν*, (Marc. VII, 1—6.) a Christo ipso toties castigatam et verae pietati amore factis edendo conspicuae oppositam (Matth. IX, 13.) Noster quoque oppugnat, veram *θρησκείαν* sapientiae illis amatoribus commendans, I, 27. Quantopere enim Christianis ex Judaeis istae *ἀσκήσεις* cordi fuerint, tum e N. T. tum ex Ebionitarum historia compertum habemus. (Epiph. XVIII, 15. 16. Clem. Hom. XI, 1, 23, 28, 30, 30.)

3. Arctissime juncta est cognitionis illi ac fidei nimiae probationi et asceticorum tantummodo operum operandorum sedulitati ignava peccatorum et verae probitatis transgressionum excusatio, qua vitii culpa ab hominis scilicet imbecilla, ad resistendum impari, natura removetur et in Deum ipsum varie suos tentantem et necessitati cuidam peccandi abscondita sed benigna ratione subjicientem transfertur. V. quae notavimus ad I, 13.

4. Pariter habemus comitem illius impiae religionis cognitione sola contentae funestum docendi, aliosque corrigendi pruritum, discordiae, odii, aemulationis rixarumque acerbarum patrem. Quod quantum absit a verae sapientiae studio ut auctor epistolae severe demonstrat, ita Judaeorum quoque doctores melioris notae hujusmodi abusibus falsae ac inani sapientiae propriis saepissime obloquuntur. Cf. quae notavimus ad I, 19. III, 1. adde Pirke IV, 9. הגם לבו בהוראת שטה רשה וגם רוח: VI, 10. אלתאמר קבלר דעתישהן רשאין ולא אתה: Praeter honorem e munere doctoris redundantem superstitiosa quoque persuasio, fore ut ipsis docentibus merita discipulorum a Deo judice adtribuantur, magnopere ad illud affectandum compellebat. Pirke II, 3. dicitur de

Digitized by Google

שסקים עם צבורי: אתם מעלה אני עליכם שכר הרבה כאלו׳ עשיתם. V, 20. כל המזכה את הרבים בין חטאבא על ידו:
Inde factum est, ut bene de rebus divinis dicere plerique mallent, quam sancte vivere (Matth. XIX, 1.) quod sophistarum genus Philo acriter perstringit. de nominum mutat. 1077. B. C. *μιμηλίζοντες οἱ σοφισταὶ καὶ παρακόπτοντες τὸ δοκίμιον νόμισμα τοῦτό φασι καὶ νοεῖν ὀρθῶς περὶ τοῦ ἀρίστου καὶ λέγειν ἐπαινετῶς.* Contra quos vera sapientia haec esse asseritur *τὸ ἐξαγαγεῖν ἐκ τῆς σωματικῆς χώρας τὸν ὁρατικὸν καὶ φιλοθεάμονα νοῦν.* De vita Mosis (Pf. III. p. 72.) *λόγου δ᾽ ἄρα οὐδὲν ὄφελος τοῦ τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα σεμνηγοροῦντος, ᾧ μὴ πρόσεστιν οἰκείων ἀκολουθία πράξεων.* Quod cum ita sit, concludere liceat, lectoribus epistolae hanc quoque pravam consuetudinem antiquitus insitam neque fide Christo data tandem excitatam inhaesisse.

5. Lectores igitur ad sacra Christiana conversi quum fidem profiteri satis haberent, multis adhuc vitiis Christiano nomine indignis indulgebant. Locupletiores pauperes oppressos parum pensi habebant, (V, 1—6.) quin coetus ipsi sacri illos distinguebant singulari honore habitos. (II, 4.) Commercia avide et avare agebantur neglecta in Deum pietate (IV, 13.) Alter alterius delicta severius castigabat, quum erranti praesto esse et monitione fraterna et bono exemplo et precibus deberet. (IV, 11. V, 20.) Rixarum amatores et veritatis in dicendo non nimis studiosi et ad jurandum leviter firmandae in rebus quotidianis fidei gratia erant proclives. (V, 12.) Deo, cujus favorem jactabant, totos sese dedere non sustinebant quippe irretiti mundanis illecebris captique nimio sui amore; inter Deum mundumque claudicabant ancipite corde. (IV, 4.) Unde factum est, ut calamitatibus, quae aut jam adessent, aut imminerent, impatienti tristitia obviam irent. (I, 2, 10. V, 7.) Quae delicta ad unum omnia ut minime

Digitized by Google

cum ullo Christianorum dogmate, quod male intellectum ea gignere potuerit, cohaerent, ita Judaeos inter jam pridem viguisse constat.

Quod ad externam Christianorum, ad quos data epistola est, conditionem adtinet, a Judaeis illos nondum magnopere discretos quin Judaeorum *διασπορᾷ* adnumeratos videmus. Conventus ad modum synagogarum, fortasse in ipsis synagogis, habebant, ad quos Judaeis quoque haud infrequens aditus erat. (II, 2, 7.) Ceterum a Judaeis odio habebantur nec raro injurias experiebantur. Tum autem mala varii generis perpetienda instabant. Singulis ecclesiis presbyteri praeerant, (V, 14.) quibus autem non solis docendi munus erat demandatum, (VII, 1.) neque alia ad ipsa sacra interna vis competebat (vid ad V, 13.) Id tantum ab iis exigebatur, ut, quod revera omnium Christianorum esset, aegrotorum curam gererent et remedia salutaria adhibendo et preces pro iis fundendo (V, 14, 15.)

CAP. III.
Ratio docendi.

Si rationem ipsam docendi spectaveris, quam Noster in epistola sequitur, confiteberis, eum capita doctrinae christianae intima et gravissima passim adtingere, ac praeclare dogmata ad morum institutionem adhibere, sed maxima exparte plurimisque locis *ἰουδαϊκῶς*, si dicere licet, agere. Stabat quidem ipsi, fidem esse Christianorum *κτῆμα* ac *ὕψος*, quo ornati vitae miserias possent despicere, stabat, fidem vitae sanctitate edi atque exerceri, eademque gigni mutuae caritatis et aequitatis vinculum, stabat, Christum ea teneri majestate divina ornatum. (II, 1.) — At non desunt loca, quin uberrime adsunt, quibus praetermisso horum dogmatum usu ad judaicas notiones recurrit scriptor, et rationi-

Digitized by Google

bus e conscientia judaica petitis neque indolem novam spirantibus suos adgreditur; et ubique certe forma judaicâ induit praecepta et doctrinam. De morte Christi ceteris N. T. scriptoribus tritissima, deque Christi pro hominibus subeunda patientia tum maxime silet, ubi hac commemoratione id, quod solatii aut admonitionis caussa profert, summo pondere simplicissime poterat augere (V, 19, 20. cf. 1 Petr. III, 18. V, 11.) Loco Christi prophetis utitur patientiae exemplis (ibd.) Loco Christi in fratribus inhabitantis (Matth. XXV, 34—45. Joan. XVI, 1.) et Spiritus s. corda moventis (1 Th. IV, 8.) et lex mosaica (IV, 10—12) et leges naturae tum humanae tum externae (III, 8—13.) afferuntur, ubi a variis fratrum injuriis suos dehortatur. Quantopere distant loca Jac. II, 8—13 et 1 Joan. III, 10. II, 14—18. IV, 7—12, 17—21. V, 2. 1 Petr. I, 17—22. Rom. XIV, 10! Quanto aptius ad precum faciendarum fiduciam commonuisset aut ipsum Christum preces fundentem aut ejusdem promissa (Matth. XVIII, 19.) allegando, quam ad Eliae miraculum (V, 15.) provocando! Sed satis hisce. Id ultro apparet, Christum auctori adhuc sensu, si dicere licet, mere Messiano fuisse cogitatum. De υἱῷ ἀνθρώπου inter mortales propria virtute eaque sensim et per gradus perfecta conspicuo, omnisque humanae virtutis exemplo, qualem Petrus et auctor epistolae ad Hebraeos describunt, pariterque de morte sui cum abnegatione suscepta et ad peccatorum remissionem amanter tolerata, quod Paulinae theologiae caput est primarium, nostri scriptoris conscientia aut nondum id fuerat assequuta, quod perfectam doctrinae christianae formam efficeret, aut lectorum animi impares erant absolutae concipiendae notioni. Quantum singularum sententiarum forma ad judaicae cogitationis et theologiae rationem accedat, passim exposuit annotatio.

Digitized by Google

CAP. IV.

Quo tempore scripta sit epistola, et ad quos data?

Si vera sunt, quae adhuc disputavimus, inde colligere licet, primis recens ortae rei christianae lustris epistolam Jacobi esse scriptam. Externa enim lectorum conditio ac status is est, qui a similitudine cum judaicis institutis proxime abesse videtur. Tum errores et abusus inter illos obtinentes ut e judaica consuetudine et perversitate pristina facillime repetuntur, ita ne suspicionem quidem admittunt originis e doctrina Christiana vel deperdita ductae. Omnis illa de fide factis ornanda disputatio tantum abest, ut ad Pauli doctrinae quendam abusum spectet, ut tum optime cum ipso Paulo consentiat, cum alium prorsus quam qui e Pauli doctrina oriri potuisset, errorem spectet. Paulus enim de fide disserens hanc fiduciam in morte Christi ex intimo ponendam et gratiae Dei participem et novae ejusque emendatae vitae forte fontem ac principium contendit, et multus est in disputando, factis, qualia homo sub lege positus edere possit, neminem assequi Dei probationem, ideoque omnem legem istam ἐν δόγμασι κειμένην esse abrogatam fide, quae summam legis, amorem perfectum, exequatur. Nostri autem lectores ipsi illius θρησκείας ad legem ritualem compositae studiosi erant, et minime in peccatis perseverare augendae gratiae caussa volebant, quod Pseudopaulinorum error funestus fuerat, sed hac ipsa θρησκείᾳ et imprimis legis a Messia perfectae accurata cognitione, quae illius pars, habebatur, Dei gloriari posse favore confidebant, quem unum credendo aliquid praeclari facere sibi persuaserant. Ita abusus doctrinae Paulinae ad vanam in Dei gratia per Christi mortem parta fiduciam duxisset, Nostri autem ipsa sua fide, quae sola erat rerum sacrarum cognitio, Dei favorem mereri putabant. Proxime igitur nostri accedebant ad illos Pauli quoque ad-

Digitized by Google

versarios, quos eadem re superbiisse (Rom. II, 12—29.) eademque ignava superstitione culpam libere admissi peccati in Deum removente (Rom. IX, 19.) obstrictos fuisse ex eadem epistola scimus, qua fidei solam dignitatem contra ἔργα νόμου extollit. Ipsam igitur Pauli doctrinam a Nostro peti et corrigi, cum ne de abusu quidem ejus verosimile sit, temere statueres. Accedit quod si tale quid Jacobo fuisset propositum, id non sine ipsius Paulli nuncupatione diserta fecisset, (2 Petr. III, 16.) et in corrigendo errore ex illius doctrina orto ita versari debuisset, ne fidei pretium impugando totam rem christianam, cujus illud quidem fundamentum est, evertere videretur. Minime igitur simpliciter fide homines salvari negasset, eique facta quasi opposuisset, praesertim quum et ipsi auctori de vera fidei notione (II, 1, 5. I, 3.) cum Paulo conveniret. Fidem igitur sensu mere theoretico, quippe qui, ut vidimus, sensus Judaeorum erat, non Pauli, vix dixisset, si e Pauli doctrinae abusu illum errorem provenire sciret, neque profecto iisdem, quibus Paulus utitur ad confirmandum exemplis, fidei istius pretium simpliciter refutasset, sed quomodo ista in abusum verterentur, distinctius monstrasset. Dandum profecto prudentiae scriptoris, quod tantum verae doctrinae periculum non admiserit, ut argumentis contra fidem ignavam adhibitis fidei verae, quam et ipse tenebat et docebat, aestimationem minueret. Nequis autem suspicetur, exempla Abrahami et Rahabis a Paulo tantum epistolaeque ad Hebraeos auctore fuisse primum adhibita ad fidei justum reddentis dignitatem demonstrandam, cogitasse juvabit, Judaeos id diutius jam fecisse et facere consuevisse (vide ad II, 21. seqq.) Omnia Philonis loca de fide agentia ad effatum illud Gen. XV, 6. nos ablegant, quod itaque temporum illorum calamitate ad fiduciae et spei nunquam abjiciendae commendationem, et constantiae usque ser-

Digitized by Google

vandae regulam videmus formatum. Utraque ratione Abrahami πίςις celebratur, priore illa praecipue a Philone, altera hac tertio (v. II, 21.) et quarto libro Maccabaeorum. Cf. p. 518. καὶ διὰ τῦτο ὀφείλετε πάντα πόνον ὑπομεῖναι διὰ τὸν Θεόν. δι' ὃν καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραὰμ ἔσπευδε τὸν ἐθνοπάτορα υἱὸν σφαγιάσαι, Ἰσαὰκ καὶ τὴν πατρῴαν χεῖρα ξιφηφόρον καταφερομένην ἐπ' αὐτὸν ὁρῶν ὁ Ἰσαὰκ ὐκ ἔπτηξεν. Denique propter illud ipsum, quod Jacobus veram et Paulinam fidei notionem conceptam habuit et probatam, suspicari non licet, ab eodem Pauli doctrinam prave fuisse intellectam et per errorem hac epistola impugnari. Quapropter recte, credo, concludemus, errores in epistola Jacobi impugnatas ex origine, quam demonstravimus, judaica repetendos, ipsamque epistolam ante scriptam esse, quam Pauli doctrina longe excultior Jacobinâ in ecclesia obtineret et in abusum verti posset. Accuratius autem tempus definire nequimus. Id tantum dubio carere videtur, neque ad Pauli doctrinam ullo modo illam spectare neque, quae a Paulinis potissimum motae sunt, de lege judaica rixas vel leviter adtingere. Qui enim huc trahi possit locus (IV, 11.) ei frustra hunc sensum vindicaveris. Accedit, quod lectores omnes adhuc e Judaeis erant, nisi forte pauci e paganis illis totos sese accomodaverint. Tempus igitur, ante quod scripsit Jacobus, habemus illam Antiochenorum controversiam, quae edicti de legis auctoritate ab Apostolis et ecclesia hierosolymitana ubique vulgati caussa exstitit. (Act. XV.) Quis enim est, qui putet, post illud concilium, quo res πίςεως et χάριτος (v. 11, 12.) contra legem liberrime agebatur, et (24.) τηρεῖν τὸν νόμον nemini praecipiebatur, de lege ita simpliciter disputari potuisse, quasi Christiani ei adhuc subjecti essent, et exinde non ἐκ πνεύματος gratis concessi morum suorum informationem petere deberent. Id quidem alii sumant,

Digitized by Google

non ego. — Quin audacius aliquid contendere haud pigebit. Quod Cap. III. vidimus, auctorem multa pro Christianis, quae suppeterent, judaica proferre, id non tam ad lectorum, quibus forte parcendum erat, captum sed ad suum ipsius intellectum fecisse videtur. Etenim Judaeochristiani, quibus Christus Κύριος τῆν δόξης respiciebatur, minime adhuc abhorruissent ab illa sentiendi ratione, qua Jesus ipse se et spiritum sanctum fidelibus inhabitare ideoque injuriis fratrum se peti et affici dixerat (Matth. XV, 35. seqq.) quum Judaeis hoc de δόξῃ Dei seu Schechina diutius jam fuerit persuasum (Pirke Abh. III, 13. כָּל שֶׁרוּחַ הַבְּרִיּוֹת נוֹחָה הֵימֶנּוּ רוּחַ הַמָּקוֹם נוֹחָה הֵימֶנּוּ cf. Sanhedrin Cap. X. etc. Quapropter colligere licet, ipsum scriptorem a perfecta novae doctrinae cognitione paullatim tantum animo elucescentis paullulum adhuc abfuisse, quod, ni fallor, maturae scriptionis documentum est. — Jam autem lectores quinam fuerint ut accuratius definiri nequit, ita videre licet, praeter Syriam Asiamque minorem (Act. XV, 23.) nulla adhuc regione ecclesiam fuisse fundatam. De Asia minore imprimis cogitare malim tum propter graecum epistolae sermonem, tum propter epistolam Petri primam, quod et ipsum apostoli judaici opus ad eosdem cum nostra lectores scriptum esse e sententiarum similitudine haud inepte conjicitur, quamque illos habuisse lectores e capitis primi versu primo patet.

CAP. V.

De scriptore.

Si tempus scriptionis consideramus de alio scriptore ac de Jacobo, apostolo, cogitare nequimus. Quisnam aliustum temporis hanc sibi auctoritatem arrogasset, ut universo coetui christiano litteras ejusmodi consolatorias et exhortatorias tanta severitate et fervore prophe-

Digitized by Google

tico conscriptas mitteret? Id quidem ejus erat, qui inter στύλους ecclesiae numeratus, et ἀπόστολος τῆς περιτομῆς dictus (Gal. II, 9.) in ecclesia Hierosolymitana praecipua aestimatione gaudebat. (Act. XXI, 18.) Illa enim ecclesia et mater et magistra reliquarum erat, et Judaeorum veneratio, qua sanctam urbem prosequebantur, (Philo in Flaccum p. 971. Ἰουδαῖοι τὰς πλείστας καὶ εὐδαιμονεστάτας τῶν ἐν Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ κατά τε νήσους καὶ ἠπείρους ἐκνέμονται, μητρόπολιν μὲν τὴν ἱερόπολιν ἡγούμενοι, καθ' ἣν ἵδρυται ὁ τοῦ ὑψίστου θεοῦ νεὼς ἅγιος.) ad Christianos transierat. Sicut illi ubique terrarum dispersi res sacras ad leges Hierosolymis acceptas disponebant, ita Christianis illius ecclesiae auctoritas summa fuit, et quidquid inde venerat, quidquid a Jacobo, illius quasi praefecto, summi pontificis quasi vices agente, jussum videbatur, (Act. XV, 1. Gal. II, 12.) id sancte exequi fas erat et religio. Accedit, quod judaica ista docendi ratio, qualem in epistola deprehendimus, morum severitas et promovendae rei christianae ardor, sanctum luxuriae odium et precum sedula commendatio in neminem melius quadrat, quam in ipsum Apostolum, cujus quidem mores ita erant, ut vel Judaeis magni existimarentur, atque vel ex depravata traditione ecclesiastica epistolae prorsus consoni appareant. Josephus Antiq. XX, 9. 1. facinus pontificis, qui Jacobum interfecerat, graviter improbat, et Hegesippus, cui ipsum Apostolum ante mentem versatum esse, infra docebimus, haec de Jacobo, fratre Jesu, refert. — Euseb. H. E. II, 23. οὗτος ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγεν, ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι· οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει ἀλλὰ σινδόνας· καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναὸν· ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν· ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην

Digitized by Google

καμήλε, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προςκυνᾶντα τῷ Θεῷ — — Ἔλεγον ἔν (οἱ Ἰεδαῖοι) συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ· παρακαλᾶμεν σε· ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησᾶν, ὡς αὐτᾶ ὄντος τᾶ Χριςᾶ· παρακαλᾶμεν σε πεῖσαι πάντας τᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τᾶ πάσχα περὶ Ἰησᾶ· σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα, κ. τ. λ. — Denique non nisi Apostoli scriptionem, et quidem ejus, quocum diutius versatus esset, Petrus ita imitari potuisse videtur, ut in epistola prima fecisse negari nequit. Praeter locorum Jac. I, 2. — 1 Petr. I, 6. 7. Jac. I; 10. — 1 Petr. I, 24. Jac. V, 20. — 1 Petr. IV, 8. similitudinem haud facile fortuitam unus certe locus utrique ad vocem usque communis clarissimo documento est, Petrum Jacobi scriptionem habuisse ante oculos. Unde enim, nisi alter alterum secutus est, non dico ejusdem V. T. effati (Prov. III, 34.) citatio (Jac. V, 5. 6. — 1 Petr. IV, 6. 10.) eaque jam iterata (cf. Jac. I, 10. — 1 Petr. I, 24. Jes. XL, 6.) unde ex eodem effato eadem exhortatio (ταπεινώθητε) cum eadem promissione juncta (ὑψώσει)? Cur sane Petrus ex more consueto non ab ipso, quod allegat, effato orationem suam mutuavit (ἵνα λάβητε χάριν)? Tandem, id quod summum est, uterque scriptor ex eadem hac sententia nectit admonitionem, ut a diabolo sibi caveant lectores. (1 Petr. V, 8. 9. — Jac. IV, 10.) Quae ut sua sponte Jacobo se praebuit opposita adamanti (III, 3—9. 15. IV, 4. 6. 11. 12.), ita Petri orationi longe prolixiori novum quoddam cogitatum infert, et diaboli prorsus alio sensu facit mentionem, quam quidem ille hic loci non fecisset, nisi Jacobi exemplo motus fuisset. Quod ne mireris, Petrum quaedam a Jacobo mutuasse, cogita, quantopere Petrus dictis et sententiis V. T. non diserte citatis uti gaudeat. (1 Petr. I, 24. 25. II, 2. 7. 10. 22. 25. III, 10 — 12.)

Jacobum autem, cujus summam inter Judaeos fuisse auctoritatem legimus, quemque Hierosolymis

sedem fixisse scimus, ἀδελφὸν τοῦ κυρίου adpellatum, eundem esse, qui aliâs ὁ τοῦ Ἀλφαίου audit, ideoque apostolum (I, 1. δοῦλος non obstat) N. T. ea loca, quibus memoratur, diligentius inspecta testantur. Primo loco id tenendum, nomen ἀδελφὸς de consanguineis omnis generis bene dici posse. Non tantum apud Hebraeos אח cognatos omnes (Gen. XIII, 8.) denotat (Matth. I, 11.), sed Graecis quoque eadem dictio est (Cyrop. I, 5, 4.) et Romanis consobrinus audit frater (Cic. Ep. ad Attic. I, 5.) interdumque nomine frater patruelis a fratre germano distinguitur. (Liv. XXXV. 10.) — Tum autem Jacobum, fratrem Jesu, apostolis videmus adnumeratum Gal. I, 19. ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Invito tantum contextu verteres: sed vidi Jacobum, illudque ἕτερον ad solum Petrum, cujus antea fit mentio, traheres, neque salvo linguae genio ita ageres. Nullum enim hujusmodi duritiei exstat exemplum, ut εἰ μὴ post ἕτερον significet: sed, et nonnisi sine hac oppositione vox ἄλλος, minime autem ἕτερος, interdum redundat, (W. 463.) quod insuper adpositis verbis τῶν ἀποστόλων vetatur, nisi forte ἕτερον τ. ἀ. facere velis alium praeter apostolos, einen Nichtapostel, quod vide, quid esset. Ipse autem contextus adversatur isti interpretationi. Etenim de eo res agebatur, utrum Paullus aliis apostolis esset posthabendus, quippe ab illis tantum evangelium edoctus, nec ne. Id sibi vult narrato isto itinere, sese priusquam apostolos convenisset, diutius jam in docendo evangelio laborasse, et tribus demum annis elapsis Petrum visitasse, praeter quem excepto Jacobo nullum apostolorum sese vidisse. Apostolorum facere mentionem debuit, abs quibus solis auctoritate pollentibus doctrinam accipere potuisset, quam accepisse ab ullo mortalium tam vehementer negat. Et quis tandem contendet, Galatensibus, de auctoritate apostolica ipsi Paullo vix concessa tam

Digitized by Google

caute judicantibus, Jacobum, qui non fuerit apostolus, inter στύλυς recenseri, quin Petro et Joanni proponi potuisse. (Gal. II, 9.) Aut quis putabit, primum apostolici coetus ac principem virum Jacobi cujusdam apostolica dignitate destituti falso venditata auctoritate ad simulationem sese abripi fuisse passum? (Gal. II, 12.) Testis denique Lucas adest, qui Act. IX, 27, 28. plurium, cum quibus Paulus conversatus sit, apostolorum facit mentionem, qui nonnisi Petrus et Jacobus fuisse possunt. Idem certe iter illo ac nostro loco tractari, extra dubii aleam posuit Carolus Schrader in libro: Der Apostel Paulus I. p. 50. seqq. Ecquis tandem cogitationem admitteret, Jacobum illum, qui Hierosolymis (Act. XXI, 18.) et praesentibus quidem apostolis (Act. XV, 13.) tantum polleret, alium fuisse ac apostolum? At loca aliquae supersunt, quibus apostoli a fratribus Jesu distinguuntur. Unus quidem eorum facile in argumentum oppositae vertitur sententiae; 1 Cor. IX, 5. (ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τῦ κυρίυ καὶ κηφᾶς) fratres Jesu non ex apostolorum numero eximuntur, sed inter illos distinguuntur tanquam singularis auctoritatis apostoli, Petrum ipsum aequantes. Et docemur insuper hoc loco, plures fuisse in apostolorum cohorte fratres Jesu. Aliter se habet locus Act. I, 14. quo omnes apostoli nominatim recensentur et fratres Jesu cum matre distincte memorantur. Nequaquam autem hic nobis locus adversatur. Restabant enim aliquot Jesu fratres praeter illos, qui in apostolorum societatem acciti erant. Aliquot enim τῶν ἀδελφῶν diutius Jesu fidem denegaverant (Joan. VII, 5.) et sub finem demum vitae ejus fidem habere coeperunt. Omnes autem fratres ultimo loco designari, frustra sumeres. Summa nostrae opinionis difficultas in eo est, quod Matth. XIII, 35. Marc. IV, 3. fratres ac sorores Jesu cum matre ita conjunguntur, ut de

Digitized by Google

fratribus aut germanis aut certe uterinis non cogitari vix possit. Inter quos quum Jacobi quoque nomen conspiciamus, Jacobum nostrum pro fratre Jesu sensu proprio neque pro consobrino habere pronum est. Cui autem sumtioni, quae supra vidimus, quum sociari nequeant, difficultas ex illo loco orta paene evanescit rebus propius consideratis ac diligentius perpensis. Etenim si Jesu fratres genuini in iisque Jacobus superstites fuissent, illorum profecto neque Joannis curae matrem communem moribundus tradidisset. Mariam edito in lucem Jesu iterum peperisse, e loco Matth. I, 25. temere conjiceres. Vere simillimum est, Josephum Mariae maritum, antequam Jesus in publicum prodiret, decessisse (nusquam enim ejus mentio fit, et Marcus Jesum filium Mariae adpellat,) Mariamque cum filiis in domo sororis, Alphaei uxoris, vixisse, unde factum esse potest, ut una cum sororis filiis subinde prodiret, et quinque juvenes improprio neque autem insolito vocabulo fratrum adpellarentur. Nupserat enim Mariae soror item Maria dicta (Joan. XIX, 25.) Clopae sive Cleopae (Luc. XXIV, 28.) Cleopatri, quem eundem fuisse ac Alphaeum, Jacobi Apostoli patrem, (Luc. VI, 15. Matth. X, 3. Act. I, 13.) tum ex ipsius nominis similitudine (חלפי = ἀλφαῖος nisi malis hoc vocabulum pro forma graeca nominis הל אבי = lauda patrem, κλεόπατρος, κλωπᾶς sumere; ne enim mireris, ב in φ esse mutatum, cum vice versa פ in β quoque mutetur v. c. ἀλάβαρχος Jos. Antiq. XX, 5, 2. = χιλίαρχος, ab אלף) tum exinde conjicimus, quod Jacobus apostolus fratrem habuit Judam (Luc. VI, 16. Act. I, 13. cf. W. p. 159. et Jud. I.) et Maria ista (Marc. XV, 40.) Josis ac Jacobi minoris mater exhibetur, quod ultimum cognomen ad alium quendam eodem nomine insignitum, Jacobum puta Zebedaeidam, respicit. En tria habes nomina fratrum e Maria Clopae uxore genitorum, quorum duo

Digitized by Google

aut apostolis adnumerare, aut duo apostolos eodem nomine adpellatos pariterque fratres sumere et cognomen Jacobi μικρὸν contorte explicare cogeris. Habes quoque tria nomina, ipsis Jesu fratribus competentia, quos si ab illis secernas, vide quantopere homines multiplices. Tria saltim fratrum paria, duo consobrinorum, duorumque parium patres paene ὁμωνύμως poneres. Simplicissime contra res huc redibit: Duae Mariae sorores nupserant altera Josepho, e qua Jesus, altera Alphaeo, sive Clopae, e qua Jacobus, Judas, Simeon, Joses, ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου, Jesu consobrini. Hi aliquamdiu fidem Christo habere dubitabant, postea autem duo ex iis Jacobus et Judas inter apostolos recipiebantur, et versus finem vitae Jesu omnes nomen profitebantur. Nullius prorsus momenti est, quod Lucas et Alphaei et Clopae facit mentionem (XXIV, 18. VI, 15.) Quum enim in conscribenda sua historia diversas sequeretur διηγήσεις, diversas quoque ejusdem nominis formas retinuit. Matthaeus autem, qui post electos apostolos (X.) fratres Jesu omnes nominat (XIII.) ordinem historicum deseruit, et quod longe prius (cf. Luc. IV. Joan. IV, 44.) Nazarethi factum erat, justo serius notavit. Jam apparet, cur in vicem Judae Ischariotis Joses sive Joseph ad apostolicum munus vocandus videretur (Act. I, 23.) Mirum autem sane foret, Jacobum longe insigniorem, nisi jam in apostolorum consortio esset, tum potuisse transiri. Equidem pronus sum ad existimandum, Simonem quoque, zeloten cognominatum, esse Simeonem Jesu fratrem seu consobrinum, ita ut quatuor illa fratrum nomina juncta habeamus (Act. I, 13.) Etenim Judas quoque teste Itala cognomine zelotes gaudet, Joses autem, ut Jacobus, justus audit (E. H. E. II, 23. Ἰάκωβος ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος. Hier. catal. 2. frater domini cognomento Justus. Act. I, 23. Ἰωσὴφ, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος. יוסי et יוסף haud differunt; Josephus ille

scriptor apud Rabbinos יוסי הכהן audit.) neque obest, quod Judas solus dicitur τȣ̃ Ἰακώβȣ (Matth. XIII, 55.), quum hoc cognomine ab Ischariote distinguendus videretur. Tum autem ἀδελφοὶ Joan. VII, 5. et Act. I, 14. sensu latiore de uno consobrino Jose, de consobrinabus (Matth. XIII.) et cognatis affinibusque (Clopa) intelligendum esset.

CAP. VI.

De scriptore traditio ecclesiastica; authentiae testimonia.

Neminem igitur moveat scriptorum ecclesiasticorum quorundam traditio, Jacobum, fratrem Jesu ab apostolo sejungentium, ut epistolam apostolo abjudicet et fratri illi ficto adscribat. Quantopere enim criseos saepe caruerint scriptores ecclesiastici, quotiesque suas opiniones e scriptura sacra haustas et inde per manus traditas historica pro traditione vendant, quis est, qui ignoret. Exemplum hujusmodi erroris ab uno concepti et ex eodem fonte paene ad omnes, qui sequebantur, propagati lucidissimum famosa illa de Joanne presbytero fabula praebet, quam funditus explosam S. V. Guerike debemus.. Die Hypothese vom Presbyter Johannes 1831.

Patres in N. T. trium nomine Jacobi insignitorum invenire mentionem sibi videbantur, ideoque tertium illum fratrem Jesu propria persona donabant. Ceterum qui ante Eusebium (Hist. Eccl. I, 12. II, 1. Comment. Jes. XVII.) illum Pseudojacobum sibi finxerit, praeter auctorem Constitutionum apostolicarum II, 59. quarum aetas incerta est, et quosdam apud Origenem (in Matth. Tom. X, III. p. 462.) ad Evangelium Petri provocantes scio neminem. Socios autem habet Eusebius Cyrillum Hieros. (Catech. IV, XIV.) et Gregorium Nyssenum (de resurrectione orat. II.) aliosque posteriorum. Ne

autem et Hegesippum et Clementem Alexandrinum in patrocinium ejus sententiae adducere velis. Ille enim (Euseb. H. E. II, 23.) *διαδέχεται*, dicens, *τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος*, huncce minime tollit e numero apostolorum (Act. V, 29. *ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι*) sed (cf. locum Clem. mox citandum) ecclesiam ante communi apostolorum cura administratam soli Jacobo fuisse commissam contendit; idem certe Jacobi successorem Simeonem *Clopae* filium adpellat, (22.) *μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, πάλιν ὁ ἐκ τοῦ θείου αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλώπα καθίσταται ἐπίσκοπος· ὃν προέθεντο πάντες ὄντα ἀνέψιον τοῦ κυρίου δεύτερον.* Clemens autem Alex. (Eus. l. c. I.) haud dubie fratrem domini apostolis inserit, *Πέτρον γάρ φησι καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην* (cf. Matth. XVII, 1.) *μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου προτετιμημένους μὴ ἐπιδικάσασθαι δόξης, ἀλλὰ Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ἐπίσκοπον τῶν Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι — Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος, οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα — Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι· εἷς ὁ δίκαιος ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, ἕτερος δὲ καρατομηθεὶς· αὐτοῦ δὲ τοῦ δικαίου καὶ ὁ Παῦλος μνημονεύει γράφων· ἕτερον τῶν ἀποστόλων* etc. Idem sentit Origenes Tom. X, C. 17. comm. in Matth. Quin vetustissimum Hebraeorum Evangelium apostolis Jacobum Justum haud dubie adnumerat (Hieronym. catal. 2.) „Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec videret eum resurgentem e mortuis. — Tulit panem et benedixit et fregit, et post dedit Jacobo Justo etc."

Nil nisi difficultates N. T. locis minus claris inhaerentes patribus ansam dedisse de tertio Jacobo cogitandi, exinde patet, quod illum modo e priori Josephi conjugio (Evang. Petri ap. Orig. l. c. Epiph. LXXVIII.

Digitized by Google

Greg. Nyss. l. c.) legitimo modo e conjugio leviratus, in quod Josephus fratri successerit, oriundum dicunt, quam ultimam sententiam Theophylactus (ad Matth. XIII, 55. ad Gal. I, 19.) tuetur, qui idem fratrem illum Clopam seu Alphaeum fuisse, ideoque τὸν ἀδελφὸν τȣ̃ Κυρίȣ ab apostolo non diversum esse statuit. Optime de hac re Hieronymus: Catal. C. 2. „Jacobus, qui appellatur frater domini, cognomento Justus, ut nonnulli existimant, Josephi ex alia uxore, ut mihi autem videtur, Mariae sororis matris domini filius.“ cf. ad Matth. XII. „Quidam fratres domini de alia uxore Josephi filios suspicantur, sequentes deliramenta apocryphorum et a quadam Escha muliercula confingentes. Nos autem, sicut in libro, quem contra Helvidium scripsimus, continetur, fratres Domini non filios Josephi, sed consobrinos salvatoris, Mariae liberos, intelligimus, materterae Domini, quae etiam dicitur mater Jacobi minoris et Josephi et Judae.“ Persimiliter Theodoretus ad Gal. I, 19. Chrys. ad h. l.

Ceterum authentia epistolae Jacobi ab Eusebio in dubio relinquitur in catalogo H. E. II, 23. Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκωβον, ȣ̃ ἡ πρώτη τῶν ὀνομαζομένων καθολικῶν ἐπιςολῶν ἐιναι λέγεται. Ἰςέον δὲ, ὡς νοθεύεται μὲν· ȣ̓ πολλοὶ γȣ̃ν τῶν παλαιῶν ἀυτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς ȣ̓δὲ τῆς λεγομένης Ἰȣδᾶ, μίας καὶ ἀυτῆς ȣ̓σης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν· ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείςαις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις H. E. III, 23. Τῶν δ᾽ ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ᾽ ȣ̓ν ὅμως τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβȣ Φέρεται. Quid sit, cur scriptio apostolica non ubique pari honore haberetur, inquirentibus prima occurrit caussa epistolae, argumentum ab illis dogmatibus, quibus prima secula potissimum gaudebant, quorumque gratia a scriptoribus ecclesiasticis in controversiis doctrinae prorsus versantibus allegari potuisset, alienum. Tum obstare potuit origo

Digitized by Google

admodum matura epistolae ad Judaeochristianos certae cujusdam regionis datae, ne universam per ecclesiam Pauli scriptis adhaerentem et a Judaeochristianis magis magisque abhorrentem cognosceretur et cognita agnosceretur, praesertim cum Paulinae doctrinae contradicere posset videre. Ita forte factum est, ut ecclesia occidentalis diutius eam ignoraret, sensimque demum ejus auctoritatem reciperet (Hieronym. catal. 2. „quae et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur; licet paullatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.“) Primus tamen hujus regionis scriptor Clemens Romanus haud dubie passim ad eam alludit. Cap. 38. ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτῦ μὴ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθῦ cf. Jac. III, 13. — Cl. 30. Θεὸς γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται adjuncta a καταλαλιαῖς dehortatione cf. Jac. IV, 11. Cl. 10. Ἀβραὰμ ὁ φίλος προσαγορευθεὶς πιςὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τῦ θεῦ — διὰ πίςιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ καὶ δι ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν· 17. καὶ φίλος προσηγορεύθη τῦ θεῦ. 11. διὰ πίςιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ραὰβ ἡ πόρνη. 25. 31. Τίνος χάριν εὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; ὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίςεως ποιήσας cf. Jac. II, 21—25. Cl. 33. διὸ μὴ διψυχῶμεν — πόῤῥω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὐτὴ, ὅπυ λέγει· ταλαίπωροί εισιν οἱ δίψυχοι οἱ διςάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες· ταῦτα ἠκύσαμεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ ἰδῦ γεγηρήκαμεν καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. Quis quaeso allusionem ad 2 Petr. III, 4 et Jac. IV, 19. cf. 9. factam negabit? — Pastoris autem (Simil. XII, 5.) illud: „si enim restitistis illi, fugiet a vobis, nihil momenti habet“ cf. ad IV, 7. Irenaeus contra ipsum Jacobum respexisse mihi quidem videtur Haeres. IV, 26. Credidit Deo et reputatum est illi ad justitiam, et amicus Dei vocatus est, cf. Jac. II, 23. Fragmentum Muratorium, Ter-

tullianus et Cyprianus silent. Optatus Milevitanus (de schismate Don. I, 5.) e Petri apostoli epistola citat: Nolite per opinionem judicare fratres vestros, quod haud dubie ad Jac. IV, 11. spectat. Ambrosius (de voc. gent. I, 9.) Pelagius (ad Demetriad. XIX, 25.) et Augustinus (ep. 167 et saepius) Philastrius (de haeres. 87.) Gaudentius Bresciensis (de villico iniquitatis) et Ruffinus (exp. in symb. 37.) aut loca epistolae allegant, aut eam in canonicis ponunt. Quamvis autem auctoritate concilii Africani in canonicam dignitatem rite recepta esset, Junilius adhuc seculo sexto nonnisi mediam ipsi auctoritatem adtribuit. Inter ecclesiae graecae scriptores primus est Clemens Alexandrinus, abs quo nostram epistolam agnotam scimus. Ille enim teste Euseb. H. E. VI, 14. πάσης τῆς ἐνδιαθήκȣ γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις· μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθὼν· τὴν Ἰȣδᾶ λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιϛολάς. Id quidem fecit ἐν ταῖς ὑποτυπώσεσι. Quamvis igitur Jacobi haec interpretatio nusquam reperiatur, (habemus solum, quas de prima Petri, prima Joannis et sola Judae conscripserat ἐξηγήσεις,) nolim tamen illud Cassiodori: (divin. lect. 8.) „In epistolis autem canonicis Clemens Alexandrinus presbyter, qui et stromateus vocatur, id est, in epistola s. Petri prima, s. Joannis prima et secunda, et Jacobi attico sermone declaravit," ita corrigere, ut loco: Jacobi Judae legatur, quum ne tum quidem nobis servatae tres, sed quatuor memorarentur. Simplicius judicaveris, illas quatuor solas interpretationes Cassiodoro innotuisse, nobis tres tantum et quidem loco duarum, secundae Petri et Jacobi, unam Judae, quam ille ignoraverit, esse relictos. Quare haud repugnaverim, si quis sententiam (Strom. VI, 18.) ȣ̓κ ἔσεσθε βασιλικοὶ e Jacobo potius (II, 8.) quam e Matthaeo (V, 20.) velit repetere. Accedit, quod Clementis discipulus, praeceptore major, epistolam jam tum impugnatam, saepissime citat, ejusque auctoritate contra adversarios utitur. Non tantum in latinis operibus, quae suspicionem interpolationis non ubique evitant, (in genes. XIII. exod. III. VIII. levit. II. Jos. VII. ad Rom. IV, 8.) sed in graecis quoque ita loquitur, ut pro sua quidem parte nullum dubium admittat. Noli enim in dubium vertere illud: ὡς ἐν τῇ φερομένῃ Ἰακώ-

βυ ἐπιϛολῇ ἀνέγνωμεν (Com. in Joan. Tom. XIX, 6.) Φερομένη enim simpliciter est: quae habetur, quae extat. cf. Euseb. Hist. Eccl. III, 25, 28, 36, 39. IV, 3, 14, 15, 18, 23, 24, 28, 29. V, 13, 19, 24, 26. VI, 31. VII, 20. quibus omnibus locis de dubio ne cogitari quidem potest, cum primam Joannis, epistolam Polycarpi, epistolas Papiae, Dionysii, libros Theophili nemo certe addubitaret. Quin Origenes (Com. in Joan. Tom. XX, 10.) ipse ad Jacobi epistolam provocat, ut τὰ ἔργα Abrahami Joan. VIII, 39. non solam fidem fuisse evinciat. Sequuntur Origenem Dionysius Alexandrinus, Antonius et Athanasius (Orat. III, c. Ar. 61. Vita. s. Ant. 21.) — Gregorius Nazianzenus (Jamb. ad Seleuc.) duas catholicorum classes recensens priori hanc cum Petrina et Joannea prima adnumerat. (Τινὲς μὲν ἑπτά φασιν, οἱ δὲ τρεῖς μόνας χρῆναι δέχεσθαι τὴν Ἰακώβυ μίαν, Μίαν δὲ Πέτρυ τὴν δ' Ἰωάννυ μίαν.) Ecclesia orientalis antiquior nunquam dubitavit. Recepta est epistola in versionem Syriacam Peschito, ab Ephraemo (Op. Graec. Oxon. p. 175. p. 177.) saepius laudata itemque ab Epiphanio (haeres. XXXI, 34. LXXVII, 27. LXXXIX, 9.) Chrysostomo (de sacerdot. III, 5. hom. III. in ep. ad Philem. hom. XCV. in Psalm.) Theodoreto (in Psalm. XXVI. de s. trinitate II.) Cyrillo Hierosolymit. (catech. IV.) Solus autem Theodorus Mopsvestiensis argumentis criticis propter Jobi commemorationem epistolam impugnabat. (Leont. Byzant. contra Nest. et Eutych. III, 13.) — Quae notata testimonia si vel longe minoris essent ponderis, una Petri epistola prima, quae, ut vidimus, nostram respicit, ad comprobandam authentiam sufficeret. Ceterum, quae inde a Reformationis tempore ad nostros usque dies mota dubia sunt, argumentis mere dogmaticis nituntur quae singillatim pertractare post ea, quae jam de epistolae forma ac materia disputavimus, superfluum est.

CAP. VII.

Epistolae integritas.

Quam igitur ab apostolo et primis ecclesiae christianae lustris conscriptam intelleximus epistolam, ea ad nos usque pervenit incorrupta. Variae enim sin-

Digitized by Google

gularum vocum lectiones perleves sunt et tales, quas e vera et genuina scriptione gigni potuisse facile patet. Tum et quae primo obtutu minus cohaerentia et epistolae jam finitae aliunde adjecta videri possint loca V, 12 — 19. quodsi accuratius inspexeris, et sermone et rebus contentis auctore prorsus digna et priori epistolae parti bene consona invenies. (Vide annotat.) Tandem unus per totam epistolam dictionis tenor, aequabilis, nervosus; omnis sermo sententiarum ponderi nativo quodam vigore adaptatus; idem ubique color hebraicus, eadem ubique vocabulorum bene graecorum, Jacobo soli usitatorum, admixtio.

CAP. VIII.

Epistolae auctoritas et usus.

Auctoritati apostolicae, quae nostro libro, ceu apostoli genuino operi, competit, nullo modo derogat illa, quam Cap. III. instituimus, disputatio. Repugnat sane obsoletae illi de inspiratione prorsus magica opinioni, quam ad fulciendam doctrinae christianae dignitatem nemo sanae mentis hodie adhibebit. Apostoli, ex mortalis naturae legibus sensim neque uno ictu ad perfectionem evehendae, nonnisi paullatim iterum iterumque Spiritu promovente (Act. X, 10. sqq.) perfectam asseculi sunt cognitionem, et a prioribus minus absolutis opinionibus ad *ἐπίγνωσιν τῦ χρισῦ* regenerati, ideoque tanto aptiores erant, auditores lacte cognitionis instruere; dummodo ab omni errore in doctrina admittendo custode Spiritu divino servabantur. Quae igitur Judaeis Judaeus christiano spiritu tinctus nostra epistola praecepit, id nobis Christianis aliorum quoque ecclesiae luminum luce collustratis ita intelligenda sunt, ut veritatem ipsam, quam tradit, usque veram et prorsus Christianam, a forma Judaica distinguamus, et ad nostram *οἰκοδομὴν* convertamus. Eadem cum nostra sit ac illorum hominum natura, iisdem ad prava tentationibus obnoxia, iisdemque admonitionibus et confortationibus indiga, eadem cum Christianos quoque nostri aevi ac illius facile seducat fidei moribus consentaneis destitutae pigritia, usus epistolae ad *ἐνέργειαν* fidei excitantis tum ad institutiones publicas tum ad privatam aedificationem haud mediocris semper erit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google



Digitized by Google